

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205468-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205468-p0002-4

14.

SUMMO. JUDICIORUM. AUCTORE.
ANNUENTE.
DISPUTATIONEM. INAUGURALEM. JURIDICAM.
*DE*

# AUDITORIBUS.

VULGO.
Von.

# AUDITEURN.

Oder.

# Regiments-Schultheißen.

AUCTORITATE.
*MAGNIFICI. ATQUE. NOBILISSIMI,*
*JCTORUM. ORDINIS.*
IN
CELEBERRIMA. NORICORUM. ALTDORFINA.

## PRO.

# LICENTIA.

SUMMOS. IN. UTROQUE. JURE. HONORES.
AC. PRIVILEGIA. DOCTORALIA. RITE.
CONSEQUENDI.
*D. 31. OCTOB. A. O. R. M. DC. LXXIIX.*
P. P.
HENRICUS. CHRISTIANUS. Schröter.
GRAIZA. VARISCUS.
IBIDEM. SECRETARIUS. RUTHENO. PLAVIENSIS.

---

*ALTDORFI*
Recuſa à JODOC. Wilhelm. Kohles. Univ. Typogr. 1710.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205468-p0003-0

# Duce & auſpice CHRISTO!

## PARASCEVE.

SUmma totius Reipublicæ tuitio de ſtirpe duarum rerum venit, Armorum videlicet atque Legum, verba ſunt JCtiſſimi Imperatoris JUSTINIANI in princ. Conſt. de Cod. Juſtin. confirm. propoſita, non ſolum Orbis terrarum judicio atque teſtimonio, ſed & experientia, rerum magiſtra ſapientiſſima, comprobata. Idcirco Imperatoriam Majeſtatem non ſolum Armis decoratam, ſed & legibus armatam eſſe debere, idem Imperator noſter In Prooem. Inſt. indicat. Unde & ACCURSIUS Leges & Legiones duo mundi brachia adpellitat. in gl. ad d. Conſtit. de Cod. Juſtin. confirm. Utrumque enim Reipubl tempus Pacis ſine armorum, & belli ſine legum præſidio rite adminiſtrari ac gubernari non poſſe, multis HOTOMANN. & GROTIUS Ex ARISTOTELE PLATON. ad d. pr. deduxerunt. Imo in tantum amicum & individuum Legum ac Armorum eſt connubium ut neque Arma ſine Legibus tuta, l. 3. & t. t. ff. de R. M. R. A. de A. 1580. in pr. neque leges ſine Armis ſalve exiſtant. l. 68. ff. d. R. V. l. 10. C. de Epiſc. & Cler. l. 31. C. ad L. Jul. de adult. R. A. de A. 1522. in pr. ibi: Dieweil aber ꝛc. Similiter Civiles res, niſi admiſtum habeant robur militum, auctoritate carere, militares vero, ſi ſolæ & per ſe ſubſiſtant, ultra quam decet efferri, & in audaciam degenerare, præter Nov. 26. c. 1. in fin. teſtimonium in aprico eſt. Certe ſi arma nullo jure regerentur, ſi Vis omnis in ſe ipſa præſidium innocentiæ haberet ſi Militum inſolentia Legibus non coërceretur, fruſtra Latrocinia ab Abſtinētia, Pietas à Parricidio obſe-

*Obſequium a Perduellione diſtingueretur, & Bellum vix Bellum ſed Confuſio potius nominanda eſſet. Optumum proinde compeſcendæ laſciviæ militis, qui alias ad exceſſum proclivis, vel piceis omnia ſuffurabitur digitis, vel Thraſonica extorquebit arrogantia quaſi omne arbitrium in mucrone gereret, frænum ſuppeditabit militaris diſciplina ; Hæc enim, ut* Valer. Max. Libr. 2. c. 7. pr. *verba mea faciam, Vinculum eſt, in cujus ſine & tutela ſecurus ac tranquillus Pacis ac Belli ſtatus quieſcit, add.* Lipsius Polit. Libr. 5. c. 13. n. 1. & 2. Reusnerus Stratagematograph. L. 2. c. 6. per t. Tholosan. de Republ. 11. c. 7. Bodin. de Republ. 5. c. 5. circa fin. *Hæc inquam, nervus & ancile omnis militiæ cujus intuitu Manlius Torquatus ne ſuo quidem ſangine pepercit, reapſe conteſtans, diſciplinam caſtrorum non ſolum antiquiorem Parentibus Romanis caritate filiorum fuiſſe,* l. 19. §. 7. ff. de capt. ac poſtl. *ſed & ex ejus obſervantia proſperum dependere belli exitum. Hæc denique plurimorum militarium Privilegiorum, LLatores militum aſperos labores ac pericula præſentanea, ex ſingulari favore compenſare, alioſque in ſimul ut mortem* φοβερῶν φοβερώτατον *& quem*

-- οἳ ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδουσι,

*ad unum omnes fugiunt, tanto alacrius fortiusque pro Republica omniumque Civium ſalute ſuſtinerent, allicere ſtuduerunt, Fons & Origo.* Petr. Pappius a Tatzberg / JC. Corp. Jur. Milit. Belgic. in Præf. lit. b. *Quæ inter certe non minimum illud, quod militantes ſint haud adſtricti ad obſervantiam ſolennitatum, Juris communis, ſed judicio gaudeant Militari h. e. ſingulari, & Fori privilegio, ut tam in Civilibus quam Criminalibus non poſſint conveniri, niſi coram Magiſtris Militum & Præfectis ac Ducibus ſuis aut* AUDITORIBUS *Exercitus deſignatis & conſtitutis,* l. 3. pr. l. 4. §. 5. l. fin. ff. l. fin. C. de R. M. l. 6. C. de Juriſd. omn. judic. l. 1. l. 2. C. pe Offic. Magiſtr. Milit. l. 1. C. de exhib. reis. Tholosan Synt. Jur. Univ. lib. 19. cap. 17. n. 1. Thom. Charlevallius Hiſp. tract. de Judic. tit. 1. Diſp. 2. quæſt. 4. n. 461.

Dn. Brunnem. ad l. 2. & 3. ff. de R. M. Dn. Carpzov. p. 2. c. 9. d. 11. n. 6. Anton. Perez. in tit. C. d. R. M. Mevius p. 8. d. 481. Burger. Obſ. Jurid. Polit. Militar. Cent. 1. Obſ. 40. Cent. 2. Obſ. 26. & Cent. 4. Obſ. 74. Malcomesius in Weſenbec. tit. d. R. M. ad l. 3. pr. Christoph. Lobrinus in annotat. ad Lazari von Schwend Kriegs Diſcurs Rubr. wo derer Soldaten forum competens &c. p. m. 89.

*Cum igitur poſt exantlata cnnſueta in utroque Jure Examina decreto Magnifici JCtorum Ordinis in incluta hac Altdorfina Specimen Inaugurale pro more conſueto ſine Præſide publicæ ventilationi ſubjiciendum, ſtrependibus undique armis Togatum ſtylum in Sagatam vertere materiam, & de* AUDITORIBUS *ſeu* JUDICIBUS MILITARIBUS διάσκεψιν *ſuſcipere, de eaque Diſcurſum* καδ' δύναμιν, *ac quantum inopina temporis anguſtia permittet, elaborare conſtitui. Male quidem feciſſe videor, quod licet honorificum de bello ac militia ſcribere,* Godeschalck. Stewech. ad Libr. 2. Veget. c. 3. *minus tutum tamen exiſtat,* Damhouder. Prax. Crim. c. 82. *Verum enim vero cum ſecundum Politicorum brocardicum in libera Rep. liberi ferendi & audiendi ſint diſcurſus, malui ingenium in themate aliquo Juris utili, quanquam magis difficultatibus circumdato neque adeo vulgato & in quantum liquet, ſub ſchemate Diſſertationis nondum exhibito periclitari, quam* τρῦγος ἐλεεῖν *vel* εἰς κιλικίαν πρόκον *portare, & cum Diogene dolium volvere, revolvere. Enim vero cum omne,*

-- quod præcipiti via
certum deſerit ordinem,
Lætos non habet exitus,

Boetius metr. 6. l. 1. *memor illius* ATHENEI: καλὸν εὐχημοσύνη, αἰχρὸν τε ἀταξία *ne præpoſtere & inverſo ordine procedam, quales dicuntur equum frænare per caudam,* Wilhelm. Anton. Freddenberg. in Prœm. de Reſcript. Morator. n. 30. *neve illotis, quod in opprobrio eſt, manibus fores hujus qualis ſacrarii pulſem, juxta Divi Apoſtoli* Pauli Coloſſ. III. verſ. 17.

verſ. 17. *monitum*, πᾶν ὅ τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ, *bonum operis ſuperficium ſperans*

I. N. D. N. J. C.

*fundamentum pono*, c. Principatus cauſ. 1. quæſt. 1. *atque Sacro Sanctum ſupplex veneror Numen, ut ſua gratia conatus hoſce atque labores ita dirigere velit, quo cedant* FELICITER! FELICITER! FELICITER! Γένοιτο! Γένοιτο!

---

# SECTIO I.

ſiſtit

## AUDITORIS ETYMOLOGIAM.

### *Membr. I.*

PRincipium eruditionis eſſe intelligentiam verborum, argute Socrates apud Epictet. demonſtrat. Quod cum in omni diſciplina; tum maxime certe in civili hac ſapientia tam verum eſt, quam veriſſimum, *J. J. Wiſſenb. Comment. ad tit. ff. de V. & R. S.* licet quidem potior Rerum, Verborum tamen prior ſemper habetur ratio, *arg. l. 1. ff. de J. & J. l. 1. §. 1. & 2. ff de pact. l. 1. §. 1. ff. de ſuſp. tutor. l. 7. in fin ff. de ſupellect. legat.* & hoc non ſine cauſa, ſiquidem perceptio Nominis ad perceptionem ipſius rei nos provehit, *Everh. in loc. Top. 19.* & cum eo ſubtilitatum ille magiſter, *J. C. Scaliger. Exercit. 1. Sect. 1.* Nominumque Etymologiæ proprietatem rei deſignant, *Waremund. ab Ebrenb. de Fœd. c. 3. num. 3.* & ut Scholaſtici loquuntur: Non poteſt intelligi quid Rei, niſi intelligatur prius quid Nominis, cum ipſa Verba ſint Rerum notæ, *arg. l. 6. ff. de aliment. legat.* Quare etiam ardua JCtorum in perſcrutandis verborum ductibus ubique luſceſcit ſolertia, teſte *Quintiliano 5. Inſt. Orat. ult.* prout videre eſt, ex *§. 2. Inſt. quib. mod. jus patr. poteſt ſol. l. 1. §. 1. ff. de Pact. l. 2. de ſponſal. aliiſque locis.* Quod & animo

mecum

mecum perpendens, antequam ad Nigrum Tituli, atque Diſſertationis meæ, intellige ipſius rei pertractationem, deveniam, prius a Rubrica, quæ demonſtrationis cauſa ſubjectæ materiæ, uti *Sidus inter doctos Dn. D.* Linck/ JCtus ac Anteceſſor in hac LL. nutrice celebratiſſimus, Patronus ac Hoſpes venerandus *Diſp. de Rubric. part. poſter. n. 2.* demonſtravit, præponitur, atque definitione ſecundum unanimem Dd. ductum, methodum obſervans Analyticam, lubet exordiri. Quoniam autem omnis definitio, uti nos docent Philoſophi, duplex eſt, *Verbalis* alia, alia *Realis*, & illa Nominis ſcilicet iterum triplex, vel *Etymologica*, vel *Homonymica*, vel *Synonymica*, de qualibet pauca delibemus.

## *Membr. II.*

Debet vocabulum *Auditoris* originem Latinæ civitati. Deſcendit enim a verbo *audire*, quod uti varii uſus & elegantis, ita ſciendum, quod Auditor noſter, ab eo derivetur, non prout (1.) vox *audire* cum Dativo idem eſt, ac *obedire*, ut: dicto eſſe audientem, neque (2.) quatenus Adverbio appoſitum, *bonum vel malum nomen habere* ſignificat, uti apud *Terent. in Proleg. Phorm.* ibi: Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. *Et Cicer. de Legib.* ut bene audiant, & rumorem colligant, erubeſcunt. it. *Horat.* Tu recte audis, inquientem ſi curas, quod audis. In quibus locis dicti Auctores illud Græcum *Dion. Chryſoſtom.* τὸ κακῶς ἀκέειν καλῶς ποιῦντας καὶ τῦτο βασιλικὸν ἐςίν, regium eſt, cum benefeceris, audire male, Es iſt Königlich/ wann man Gutes verrichtet/ von ſich übel reden laſſen/ imitati ſunt. Neque (3.) eo ſenſu, quo in illo *Ciceron.* Clemens Zenonem *audivit*, *per Enallag. ſimpl. pro compoſ. vel Metonym.* uſurpatur; hic enim nihil aliud denotat, quam *Diſcipulum* vel *Auditorem* agere. Eines Schüler ſeyn. Neque (4.) in ea acceptione, quando cum *particula negativa* μετονυμικῶς idem ac *aſſentiri*, Beyfall geben/ ſignificat,

cat. Sic apud *Cicer. in Tuſcul.* Nec Homerum audio, qui Ganymedem a Diis raptum ait, neque tandem (5.) *uti communiſſime auditu aliquid percipere. Val. l. 3. c. 66.* ſumitur, ſed prout *in l. 1. C. de Lit. Conteſt. l. 6 §. 3. C. de Appell. l. 26. ff. eod. & l. 2. C. ſi ex falſ. inſtrum.* pro *cognoſcere, diligenter noſſe*, & *per narrationem negotii cauſam & cauſam percipere*, accipitur, immo quatenus Judex, Præfectus urbi aut Præſides *in jure audire* dicuntur. Ulteriori ſcrutationi non immoror ulterius, cum in omni disquiſitione λογομαχία maxime vitanda, nec ad ſuperſtitionem usque quaſi ſalus imperii quærenda in verborum evolutione, ſoliciti eſſe debeamus de verbis, *arg. l. 3. §. 9. ff. de adim. vel transf. legat.*

# SECTIO II.

eruit

# HOMONYMIAM,

## *Membr. I.*

ETymi indagationem relinquentes, ne ambiguitate, errorum nutrice fœcundiſſima, ut rei literariæ culmen ac columen, illuſtris *Scaliger Exercit. 145. ſect. 4.* teſtatur, obruamur, accurratiori penicillo vocis Homonymiam placet nunc intueri. Ubi ante omnia obſervandum, duplicem eſſe Auditoris acceptationem, *Vulgarem* & *Juridicam*. In *Vulgari* ſignificatu, (liceat hic enim nobis extra oleas vagari) *eum, qui audit*, einen Zuhörer/ juxta *Cicer. ad Attic. l. 6.* & paſſim denotat, prout in ſectione anteced. demonſtravimus. Hinc idem *Cic. ad Attic.* loquitur: Sabinus plurimum a ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt. Sed dicimus *auditorius, a, um*, quod pertinet ad auditum, ſic auditorius meatus, ein Gehörgang/ & ſubſtantiv. *Auditorium*, Græc. ἀκροατήριον, quod & pro loco, in quo quis vel *orans* vel *legens* auditur. *Quintil. l. 2. c. 11.* & pro *multitudine* ipſa *audientium*, ut *apud. Cic* acceptum

ptum invenimus. In ſenſu autem *Juridico* vocabulum Auditoris in variis Civilis & Pontificii Juris articulis ſumitur etiam varie; nam licet auditorem veteres pro eo ſolum acciperent, *qui auretenus adeſſet*, tamen ſucceſſu temporis ἁπλῶς ſeu κατ' ἐξοχὴν pro diſcipulis uſurpari cœpit, qui jus Civile diſcunt, & Profeſſores audiunt. *l. 2. §. fin. π. de O. J.* Quandoque etiam *pro Lectore*, ut *apud M. Ter. Varronem. lib. 5. de Lingu. Lat.* accipi, recte cum aliis putat *Calv. in Lexic. Jurid. vocabulo hoc.*

## *Membr. II.*

Sic etiam vocabulum *Auditorium* ſuis expoſitum eſt ambagibus, in *l. 37. C. de appell. l. pen. ff. de offic. Aſſeſſ. & l. 54 §. 15. ff. de re judic.* de *Scholis Publicis* intelligitur *in l. unic. C. de ſtud. liberal urb. Rom. lib. 11. Locus ubi artium miniſtræ, Philoſophia, Legesque docentur,* vocatur Auditorium. Eodem modo *in Authent. Habita. in fin. C. ne fil. pro patr.* pro *Ludo Literario* ſumitur. Verum *in l. 1. ff. an per alium cauſ. & l. 4. in fin. de lib. cauſ. junct. l. 1. §. fin. ne de ſtat. def.* appellatur *Locus, ubi cauſæ audiuntur*, aguntur, cognoſcuntur & finiuntur. Hinc Auditorium Principis, *l. 19. §. 1. & §. ſeq. ff. de minor. & l. 22. ff. ad SCt. Trebell.* Auditorium præfecti Prætorio, *l. 40. ff. ſi certum petat.* item Auditorium Magiſtratuum, *l. pen. ff. de Offic. Aſſeſſ. l. 78. §. pen. ff. de Jur. dot.*

## *Membr. III.*

Et hæc de propria ac nativa vocabulorum *Auditoris* & *Auditorii* ſignificatione ſufficiant; antequam vero ad alia progrediamur, lubet etiam alias quasdam vocabuli hujus ſignificationes in aream producere, quæ in jure noſtro tam Civili quam Canonico ſunt obviæ, utputa: quando *Auditores* in *Curia* Romana vocantur *Auditores Sacri Palatii*. Auditores, *Sacri Palatii* referunt inter ſe & pronunciant. *Innocent.*

*cent. c. quoniam de Probat. Cardinales* vero Auditores Papæ referunt; niſi eis commiſſa fuerit definitio. Porro hi Auditores *Magiſtri* quoque *appellantur*, quaſi ad eam LL. peritiam deducti, ut Magiſterio fungi poſſint ſeu magis, quia Doctoratus inſignia aſſecuti ſunt. Galli enim plerosque Doctores Magiſtros adpellant & appellationem hanc Curia ſervavit Romana, dum e Gallia Romam reverſa, *Aldobrand. in Proœm. Inſtit. in Verb. Magiſtro.* Plura qui de Auditoribus deſiderat, evolvat quæſo *Guilielmi Durandi Speculum cum additionibus Joann. Andreæ & Bald. & cum plurimis aliis additamentis particul. 1. Lib. 1. p. 38. de Auditor.* Nec denique de iis *Auditoribus* nobis pro nunc ſermo erit, *quibus articuli cauſarum committuntur, c. ſuper quæſtionum §. porro. de Offic. delegat. & earundem definitio ac deciſio delegatur, Clem. auditor. de reſcr.* vel qui de curialibus vel privatis perſonis habent cognoſcendi judicandive poteſtatem, *l. 1. & 2. C. de Offic. Milit. Jud* Sed *eos* intellectos hic volumus, qui *negotia audiunt militaria, & de iis judicando Auditoris gerunt offic.*

# SECTIO III.

evolvit

## SYNONYMIAM.

### *Membr. I.*

POſtquam labyrinthis, in quos improba mater nos induxerat, evaſimus, faciliori pede, Thematis percurramus *Synonymiam.* Neque enim vocabulum hoc Auditor adeo ſolum, ut ſine *Synonymis* pervaſtum juris opus & forum militare ſpacietur. In jure noſtro & communiter *Auditores dicuntur Judices rerum militarium*, ſive *Judices militares, tt. C. de Judic. milit & paſſim.* Primum quidem *Judices*, vocabulo hoc in generali ſignificatione ſumpto, non quatenus denotat

tat Judices datos, qui nudam tantum notionem, atque ex formula a Magiſtratu præſcripta cognoſcendi de re controverſa judicandique poteſtatem habebant *l. 47. ff. de jud. l. 5. pr. de re jud.* Sed Magiſtratus, qui olim non niſi extra ordinem judicare ſolebant, ſi id favor cauſæ aut neceſſitas, æquitasque expoſceret, ut in præjudiciis, juſſu de cavendo, Prætoria ſtipulatione, Interdictis & Cognitionibus Prætoriis, in ſpecie ſic dictis, hodie tamen ordinarie cognoſcunt, atque judicando munus publicum exercent. *Vinn. de Jurisd. c. 9. n. 12.* Ad naturam etiam Judicum proxime accedunt, dum Jurisdictionem aliquam habent, & ſecundum ejus modum militum cauſas audiunt ac dirimunt, eorumque crimina, juxta Sanctiones ac Articulos militares, puniunt. *Militares* ſalutantur oppoſitive ad communes, & reſpectu objecti, ſive perſonarum quibus jus dicunt, & ſunt milites. Cum enim & hos inter dentur judiciaria negotia ad ea dirimenda conſtitutum eſſe debuit judicium. l. *6. l. 7. C. de Jurisd. l. 17. C. de Judic.* & Judex vel Magiſtratus militaris, l. *23. §. ult. ad Municip. l 3 in pr. de R. M. l. 1. l. 2. l. ult. C. de Offic. Magiſtr. milit. l. 17. in pr. C. de jud. l. 6. C. de Jurisd. l. 1. C. de exhib. reis. Meier. Colleg Arg. theſ. 263. tit. de jud. Althuſ. in Dicæolog. c. 3. n. 49.* JCtus *ſummus & Cancellarius Saxo Altenburg- Magnificus Thomæ, innot. ad Lampad. p. 1. § 56.* Pohlmann *in ſua Inaugural. de Jur. milit. favorab. theſ. 26.* πολιτικώτατος *Cellarius, l. 2. c. 9. §. 10.*

## *Membr. II.*

Porro *Sculteti militiæ*, *Sculteti Regiminis*, item *Sculteti* ſimpliciter vocantur, quamvis alias *Goldaſt. rer. Alem tom. 1. part. 1. fol. 126.* Schultahes, Sculdhaes, item Schultaſii dicantur, qui debitum exigunt, & exſolvere jubent, â jubendo ita dicti, quod ſcilicet Sculdahes debitoribus imperent, ut Creditoribus ſatisfaciant. Et hoc in ſen-

ſenſu etiam accipitur hoc verbum in *LL. Longobardicis tit. 6. & 100. de pignorat & debit. c. 13. & tit. 20. LL.* Luitbrandi Regis, & apud *Paul. Diacon. l. 6. de Geſt. Longobard. 8. Cryphiand. de Weiebb. Saxon. c. 64. & Chron. Spirenſ. libr. 4. cap 2. fol. 272. & lib. 2. c. 22. fol. 103 Webner. in Obſerv Pract. in ſupplement fol. 60. Beſold. in Theſ. Pract. voc.* Schultheiß. Uti etiam revera ein Schultheiß ævo Carolingorum & Saxonicorum proprie loquendo nihil aliud erat quam Judex, ab exigendis debitis ita dictus, ein Richter/ der über Schuld geſprochen/ Pfand erlaubt/ Gant erkennt/ und den Glaubigern die Bezahlung verfügt. *Lehmann. Chron. Spir. lib. 2. cap. 22.* Quæ ſignificatio poſtea in tantum extenſa, ut Judices & Sculteti indifferenter noſtro ſeculo uſurpentur. Notiſſimum enim eſt, apud Germanos & oppidorum & vicorum præfectos ſic nuncupari. *Webner. d. l* Immo in tantum inquit *Autor. Actor. Lindav. p.* 580. excrevit hæc ſignificatio, ut apud milites hodie is ein Regiments-Schultheiß nominetur, qui Latino & antiquo nomine uniuscujusque Legionis *Latrunculator*, ſive capitalium rerum Judex vel Quæſtor audiit. Aſt ſublatis *per Nov. 8. & 128.* his maleficiorum Judicibus, quos Græci ληστοδιώκτας item βιοκωλύτας vocabant, & vetus Interpres violentiæ inhibitores vertit, qui ad vim & impreſſiones ac deprætationes arcendas mittebantur, ibidem Imper. ſancivit, ut Judices, ſive illi ſint Civiles, ſive Militares, ipſi per ſe requirerent reos, & ſuppliciis afficerent legitimis, qua ratione ſublatum eſt per totum hoc nomen. Intereſt enim Reip. ne mittantur ληστοδιώκται καὶ βιοκωλύται, ne per tales occaſiones ampliores violentiæ Provincialibus inferantur, quaſi dicat Imperator, ne ab hoc genere hominum Provinciales ſub ſpecie Juris opprimantur. *Ritterſh. ad Nov. p. 12. c. 5. n. 3.* Horum imaginem præſentare eos, qui a militibus Germanis Profoß/ voce Gallica parum deflexa, Prevoſt nominantur, auctor eſt *Calv. in Lex. Jurid. voc.*

*La-*

*Latruncul.* Quamvis magis placeat *Alciat.* Latrunculatores dici Præfectos Apparitorum & Militum, qui latrones conquirunt, quod & annotat *Spiegel. Lexic. Corraſ. Miſcellan. lib. 3. c. 17. num. 9. Gallis* Auditor eſt *Auditeur*, vernacula noſtra audit der Schultheiß / Regiments-Schultheiß / Regiments-Auditor. Et hæc de titulis æquipollentibus. Interim ne verboſa ſaltim noſtra fiat Diſputatio, *pr. Inſt. quod cum eo, qui in al. poteſt, &c.* ſermonem in rem ipſam dirigimus. Itaque

# SECTIO IV.

enucleat

## AUDITORIS DEFINITIONEM.

### *Membr. I.*

PRælibata definitione *nominali*, ad *realem*, quæ fac totum totius Diſſertationis, atque pars rei potiſſima eſt, qua percepta facile etiam totum percipitur, Subjecti enim naturam atque differentiam breviter & exacte exponit, *Beckm. Synopſ. Jur. Publ. in Proœm. n. 4.* recto pede progredimur. Enimvero, cum rem definire in Jure res ſit aleæ periculoſæ, ac parum ſit, quin ſubverti poſſit, *l. 102. ff. de R. J. l. 32. ibi difficilis eſt definitio. ff. de uſur. l. 1. §. 2. ff. de dol. mal. l. 4. §. 1. ibi propter quod ad generalem definitionem recurrendum eſt. ff. de hered. inſtit.* quia difficile, explicare quiditatem & eſſentiam rei definitæ, præprimis talem, de qua communis Dd. Schola nihil certe ex profeſſo propoſuit; Idcirco ſpe fretus, ſi definitionem omnibus numeris abſolutam, & quæ cum ſuo definito undique convertatur, tradere non valeam, C. L. cum quali ὑπογραφῇ contentum victurum. Deſcribere igitur Auditorem impræſentiarum hunc in modum allubeſcit: quod ſit perſona

ſona publica, quæ inter ſolus vel milites, vel inter milites reos & cives Actores jus dicit.

*Membr. II.*

In generis locum adoptavimus vocabulum perſona, ideo quod Perſonæ appellatio cum Hominis appellatione non ſit eadem. Hæc enim illa generalior. Hominis vocabulum eſt naturæ, perſonæ Juris Civilis. Inde Perſona definitur homo, qui caput habet civile, *Magnus* ille *Vultej. ad* §. *1. n. 1. Inſtit. de jur. perſon.* Vel homo vitæ civilis particeps, & Statum h. e. conditionis alicujus qualitatem, ſive a natura, ſive etiam a jure habens. Vox itaque perſonarum, quæ proprie id ſignificat, quod ad fabulas agendas aſſumitur, Græcis πρόσωπον, è ſcena & theatro transferri cœpit & omnia vitæ civilis munia, quæ ceu vultum quendam civilem civis extrinſecus aſſumit, ut perſona Magiſtratus, Judicis, Actoris, Rei &c. J*Ctus ſine pari illuſtris Dn. Strauch. Diſſertat. ad Jus Juſtinian 1. th. 16. Præceptor prope Salam quondam honorandus* & hæc Status qualitas vel agendi partes, quibus homines diſcernuntur, a Rhetoribus attributa perſonarum nominari adſolent. Unde dicimus: perſonam ſuſcipere, deponere, tueri, gerere, alicui imponere &c. *Vall. lib. 6. Elegant. c. 35.* vid. omnino hic *ſubtilitatum Doctorem Rennemann. uti a Dn. Hermann. de Sode in Diſp. Inaugural. Juridic. de Teſtamentis ordinand. th. 14. lit. b. in fin. ſalutatur, de Jur. perſon. Diſp. 1. th. 3.* Addimus publica: Hoc enim verbo Judicem militarem ſive Auditorem ad exemplum Judicum communium ab Arbitris i. e. Judicibus Compromiſſariis, *Ritterſ. in Nov. p. 9. c. 5. n. 17.* & mandatariis Auditoris ſive Commiſſariis, nam & Commiſſiones inter militares viros dari, notum & expeditum eſt, diſtinctum voluimus; cui accedit, quod judicando munus publicum

cum ſubit, *arg. l. 78. ff. de Jud. l. ult. § judicand. ff. de muner. & honor.* nec verba: inter ſolos milites, vel inter milites reos & Cives Actores, omittenda, potius circa *Militis* nomen, cujus etymon *l. 1. § 1. de teſt. milit.* proponit, hic paulo diutius ſubſiſtendum. *Militem* definit *König. Th. Pol. 3. 5. 31.* Mihi ad Jura noſtra confugere ſatius eſt, ubi Militem accipimus *arg. l. ult ff. de re milit.* qui in numerum militum relatus eſt, *l. 42. de teſtam milit.* Quam definitionem anguſtiæ cum aliis arguit *Claudius Coteræus tr. de Jur. & Privil. milit. c. 3.* addimus quoque ſacramento firmatus eſt. vid. *Colleg. Argentor. ad tit. de re milit. th. 2.* Hicque intelligimus Milites non cœleſtis militiæ nec togatæ, ſed armatæ & qui ſecundum ſententiam Juſtiniani Imper. *in l. fin. C. de Locat. Conduct.* ſub excelſis Militum Magiſtris militiam tolerare noſcuntur, ſive, qui ſub Armata militia Stipendia merent, *l. 6. l. 18. ff. de re judic.* nec gregarios duntaxat, ſed etiam Officiales, *Lobrin. in Annot. ad Lazar.* von Schwendt Kriegs-*Diſcurs. Rubr.* von des Regiments-Schultheiſſen Amt. *d. l. 110.* ibi: vor das Regiments-Gerichte/ und conſequenter vor den Regiment-Schultheißen gehören alle Mißhandlungen und fehler/ welche die Soldaten ingemein ꝛc. groß und klein Hanß ꝛc. Reuter-Beſtall. *art. 56.* nec Præſidiarios hic excluſos velim, quippe cum Imperator in *l. 6. C. de Jurisdict. l. fin. C. de re mil.* generali utatur loqvutione. Leges autem generaliter loquentes generaliter itidem ſunt intelligendæ, *arg. l. 1. §. 1. de legat. præſt. Lobr. d. l. p. 98. & ſeq.* ibi: Seynd derohalben die jenigen / ſo in Beſatzung liegen/ revera Soldaten/ dann ſie müſſen allezeit fertig ſeyn/ wann ſie gegen den Feind müſſen commandirt/ oder von ihm attaquirt werden/ haben dahero ihre Jura und Privilegia eben ſo wol zu genieſſen/ als die jenige/ welche zu Feld liegen.

Idem

Idem dicendum de Conſiliariis, Medicis & Mercatoribus bellicis. Nam & hos ſub nomine Militum ratione Fori privilegiati venire, minus dubii habet, argumento eorum quæ tradit *Finckelthauſ. Obſ. 46. & incomparabilis JCtus & Germaniæ noſtræ Cujacius Illuſtris Struvius, Exerc. 29. th. 4.* ut & de Concionatoribus Caſtrenſibus ſive bellicis, die beym Regimentern beſtellte Prieſter oder Feld-Prediger. Ita enim *Georg. Adeloff. Ziegler. in Annot. ad Jus Milit. Brunſwicenſ. art. 4. p. m. 48.* ibi: Es ſoll ihme aber kein Prieſter einbilden/ob geſchehe ihm zuviel/daß man ihn gleich den Soldaten/ an das Kriegs-Recht verbindet/dann indem ſie im Krieg leben wollen/ ſo müſſen ſie ſich auch deſſen Recht unterwerffen ꝛc. Tandem a Militum numero nec Famuli nec Ancillæ excluduntur *Mev. p. 4. d. 273. n. 2.* Huc quadrat *Sententia in Judicio Milit. Imperial. Legionis Beruthenſ. d. 21. Auguſt. 1677. lata.* ubi I. F. G. Einen Jungen in puncto Furti der Strang zu erkennet worden. Nec etiam uxores, quæ milites ſequuntur, nam & illas privilegio militum gaudere, textus eſt *in tit. C. de uxor. militar.* ubi Dd. *Enenck. de Privileg. milit. lib. 2. c. 4. nu. 46. Brunnem. ad l. f. C. de re milit. Excluduntur* vero (1.) *Supernumerarii*, qui in matriculam non adſciti, etiamſi ad exercitationem electi ſint, hi enim non coram Magiſtro militari, ſed ordinario conveniuntur, *l. fin. C. de re milit.* ibique *Brunnem. Perez. d. l. num. 3. Thom. Charlev. de jud. tit. 1. d. 2. quæſt. 4. num. 46.* (2.) *deſertores*, ausgeriſſene Herrenloſe Knechte/ qui pro delicto in deſertione commiſſo forum ſortiuntur coram Judice Pagano, quaſi amiſſo privilegio. Etenim ſi cuilibet privato licitum hujus furfuris hominem capere, captum judicio ſiſtere, & reſiſtendem occidere, *per text. in l. 2. C quand. lic. unicuique ſine jud. ibique Brun.* Conf. *ſeculi hujus Phœnix eximiumque Juris Romani decus, Dn. Tabor. in tract ad tit. C. quand. lic. unicuique* quanto magis per argumentationem κατασκευαστικὴν hi coram judice Ordinario conveniendi. (3.) *Milites vagabundi*

& qui militiæ cingulum depoſuerunt. Illi enim Militum nomine non veniunt, nec Privilegiis illorum fruuntur, vid. Brandenb. Kriegs-R. *tit. 16. art. 78.* adeoque cum ambo actu non militent, ubi domicilium habent vel contrahunt vel delinquunt, Forum ſortiuntur. *Mev. part. 3. dec. 72.* (4.) *Milites Palatini*, i. e. Aulici, & qui ad cuſtodiam corporis Principis conſtituti, vulgo Trabanten / nec enim hi Judicem ordinarium declinare queunt. *Brunnem. ad l. un. C. in quib. cauſ. milit.* Hæc de vocabulo: Milites. Nunc ad vocem excluſivam ſive taxativam: Solos veniendum, hæc affirmat illud, quod ponit, & excludit omnes alias perſonas præter expreſſas, h. e. milites. Dictio enim taxativa hic eſt excluſiva omnium perſonarum extra orationem, in qua ipſa eſt, poſitarum. *l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax. l. 12. C. de præd. min. l. 23. de R. J. c. cum Eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ. & propr. c. contingit de fid. inſtrument.* Vid. *Everhard. in loc. a natur. dict. taxativ. num. 2.* Sicut enim Magiſtratus Civilis in Milites nullam ſibi vindicat Jurisdictionem, pariliter Judex Militaris in Paganos nullam habet poteſtatem, *l. 1. C. de Offic. Magiſtr. milit. in fin.* ibi: Nec Ampliſſima Præfectura in militares viros, ubi Dd. Verba: inter milites reos & Cives actores ideo addita ſunt, ut liqueret in Foro militari agere poſſe omnes cujuscunque conditionis, ſive milites ſint, ſive non. Locum enim & hic habet trita Juris regula: Actor forum ſequitur rei. *l. 2. C. ubi in rem. act.* Aſt diſtinguendum inter Civles & Criminales cauſas, in illis, Civilibus nimirum, omnes poſſunt, qui alias agere non prohibentur; In his vero accuſationem in judicio Regiminis, Præfectus rerum capitalium peragit, der Regiments-Profoß. *Lobr. d. l. p. 440.* & Königliche Schwediſche Kriegs-Ordnung *tit. 4. Rubr.* vom Amt des Obriſten Profoß. §. 14. ibi: Dergleichen Proceſs dann auch der Regiments- und

 Caval-

Cavallerie-Profoßen mit Wiſſen ihrer Obriſten und Rittmeiſtern vor dem Untergericht halten. In Judicio autem Superiori militari, cui Præſidet Generalis Auditor, accuſat der General Gewaltiger/ vid. *Lazar.* von Schwend. *Diſcurs. Rubr. Capitain de Iuſtitia,* oder Obriſter Profoß/ *p. 413.* ibi: wer ſich ſperret ꝛc. Königliche Schwediſche Kriegs-Ordnung *d. tit. 14.* ibi: Aller Verbrechen. Denique ultima verba: Jus dicit, in noſtra deſcriptione neceſſario apponenda, in hoc ſiquidem conſiſtit Officium Auditoris. Cum enim & Rei militaris, quæ Principi & Bono publico utilem navat operam, Jura ſint ſingulare, de quibus extra ordinem interdum etiam ſub pellibus & intra claſſica, quæ ſubtilitates minus exaudiunt, *t. t. C. de re milit.* vid. *Cic. pro Muren.* diſceptandum, neceſſe eſt, ut militares viri quempiam habeant, qui ea ſimpliciter & generaliter lata ad facta finita & ſingularia accommodet. Non enim ſufficit habere Jura, LL. ordinationes, ſanctiones, ſed etiam requiritur, ut illa ad ſingulorum actiones applicentur *l. 2. §. 13 ff. de Orig Iur. Ariſtot. 1. Rhet.* 13. & *3. Polit. 10. 4. Polit. 4. Dn. Struv. in Syntag. Iur. Feud. c. 1. th. 9.* His omnibus ὁμόψηφος eſt *Lobrin. in ſuis Annot. ad Laz.* Schwendt Kriegs-*Diſcurs. Rubr.* von deß Regiments Schultheißen Amt ꝛc. ibi: Deß Schultheißen Befehlich und Amt iſt/ daß er mit ſeinen zugeordneten Gerichts-Leuten Gerichte beſitze in allen Sachen/ darum er von den ſtreitenden und klagenden Partheyen wird angeruffen/ es ſeyn um Schelten und Schmach und Gewalt/ Unrechte/ bürgerliche und peinliche Sachen in allewege/ wie in andern Ländern und Städten/ Gericht und Recht gehalten werden ſoll ꝛc. *it. p. 103. ibi:* Damit er jederzeit mit ſeinen zugeordneten Gerichts-Leuten/ den Recht und der Billigkeit gemäß/ Recht zu ſprechen wiſſe. Quando vero communiter dicitur, inter arma ſilere leges, id quo accipiendum modo, docet *venerandus Univerſitatis noſtræ Phormio, Excell. Felwin-*

ger

ger de Judic. §.51. *Mev. Prodrom. Jur. Gent. inſpect. 9. §. 16. f. 482. Grot. de J. B. & P. in prolegom.*

# SECTIO V.

continet

## AUDITORUM DIVISIONEM.

### *Membr. I.*

HAud occupati hic ſumus circa Dd. diſtinctiones, quibus Judicem ſive Magiſtratum quippe qui nobis Synonymice unum idemque denotant, eſſe dicunt vel *Eccleſiaſticum*, vel *Secularem*, vel *Ordinarium*, vel *Delegatum*, ſive Commiſſarium, eumque vel *Delegatum* in ſpecie, vel *Subdelegatum*. Hæ enim diviſiones ad Judices ſpectant *communes*. Noſtros *militares* diſpeſcimus I. quod ſint, vel *expeditionis terreſtris* vel *navalis*, noſtro tempore Admiralius, qui in Candia magnus Capitaneus dicitur, hujus poſterioris officium exercet, totius namque rei maritimæ diſceptationem, omnium criminum cognitionem habet, prout late patet ex *Illuſtris Strauchl JCtus etiam absque titulo laudatiſſimi, Diſſert. de I.. per. mar. c. 5. §. 4.* Illi, qui *expeditionis terreſtris* ſunt, diviſione trita iterum vel *Majores* (comparatione facta ad Auditores Regiminum, quippe quorum non eſt tam auguſta poteſtas. Illi enim (1.) de majoribus actibus judicant, *Bart. in l. 1. ff. de Offic. ejus, qui mandata eſt jurisd. & in l. imperium. ff. de Jur.* (2.) Auditorum Regiminum reſcindere poſſunt ſententias, *Tholoſan. Synt. l. 47. cap. 12. n.* 6. & ab his eos datur provocatio, dicuntur *Auditores Generales*, General-Auditorn) vel *Minores* ſunt, h. e. *Auditores Regiminis*, die Regiments-Auditoren. Hi ſubdiſtinguuntur quatenus vel Judicium exercent Equeſtre, & nuncupantur *Equeſtres*, vel pedeſtre, & nominantur *Pedeſtres*, vel inter rei armamentariæ præfectos, bey der Artollerie / & dicuntur *Auditeurs*

teurs von der Artollery. vid. *Burg. obſ. 86. c. 3.* Quas diviſiones, quanquam Juri noſtro communi κατὰ ῥητὸν incognitæ, ac novum aliquid ſint, attamen quia alias reipſa in illo fundantur, licet ſpecialiter in eo ſuis nominibus non indigitentur, cum aliis tolerandas & uſurpandas exiſtimo. Fruſtra enim de verbis litigamus, de re ubi conſtat. Enim vero de Auditore Regiminis noſtra in hac Diſſertatione cum ſit potiſſima cura, haud male faciemus, ſi ante hujus tractationem prius de *Generali* pauca præmittamus.

## *Membr. II.*

*Generalis* itaque *Auditor* eſt, qui judicium militare moderat Superius, & imperium ac Jurisdictionem a Generali, vel eo, cujus auſpiciis Bellum geritur, conceſſum habet, aliaque jura exercet, atque ſecundum Articulos militares inter Milites, imprimis Officiales præeminentioris conditionis & functionis, jus dicit, der die Juſtitien / Gerecht- und Gerechtigkeit nach Göttlichen Rechten und den verfaſſten Kriegs-Articuln pfleget / und dieſelbe als des Feld-Marſchalcks Stadthalter in Recht-Sachen abſolute in Händen hat. Schwed. Ober-Gericht-Ordnung *tit. 3. §. 1. rubr.* von des General-Auditeurn Ampt und Beſtallung. Jurisdictionem ſuam exercet vel *motu proprio*, vel *prævia partis imploratione*: *Motu proprio* procedit, quando vi ejusdem auctoritatem ſuam interponit, quod fit (1.) in *Cauſis Civilibus*, obſervando ea, quæ ad ſtabiliendam, & augendam, & reducendam rei militaris & exercituum ἐυδαιμονίαν ſpectant, concordiamque ac tranquilitatem publicam concernunt, cujus tuendæ & conſervandæ cauſa [α] omnibus *machinationibus* debet *reſiſtere*, [β] *rixas* & *contentiones* quolibet modo *tollere*, facit huc Schwed. Ober-Gerichts-Ordn. *d. l.* §. 5. alle Difficultäten / ſo zwiſchen den Regimentern / Kauffleuthen / die den Heer-Zug nachfolgen / Vivandiers und Marquetentern / auch

andern ſo bey der Armee vorfallen / wehren. (γ) *Inſolentiis & Exactionibus* Militum in tranſitu ac hybernis *reſiſtere*, zu Winters-Zeit / wann die Soldaten in Guarniſon liegen / ſoll er unterweilen die Quartier beſichtigen / Straſſen battiren oder bereiten laſſen / allen Exorbitantien / Klagen / und dergleichen fürbiegen und abwehren ꝛc. Schwed. Ober-Gerichts-Ordn. *d. l.* §. 10. (δ) ratione annonæ *Vendalitiarios caſtrenſes ad eam juſto pretio vendendam compellere*, auf Maaß / Gewicht und Elen in unſerm Läger ſehen / auch den Vivres den Tax ſetzen / *ibid.* §. 11. (ε) *Salvaguardiarum violationi obviare*, daran ſeyn / damit unſere Salva Guardien nicht violiret / noch ſonſten Gewalt Rauberey / Abnehm- und Arreſtirung geübet werde ꝛc. (ζ) *Captivos ex hoſte examinare*, alle Gefangene vom Feinde examiniren / deren Auſſag in unſer Cantzley einſchicken / eine Rolle davon halten / und keinen ohne ſein Vorwiſſen / loß zu laſſen verſtatten / ꝛc. *ibid.* §. 8. συλλήφδην (η) *ſacram Juſtitiam obſervare, adminiſtrare, ſalvare*, insgemein jederzeit fleißige Ob- und Auffſicht haben / daß alle das jenige / was immer die Adminiſtration der heilſamen Juſtitie betreffen kan und mag / in rechten Gang und Gebrauch gebracht / auch ſo viel möglich / in fleiß- und ſtätiger Ubung erhalten werden möge. *ib.* §. 11. (2) *In Criminalibus* Auditor generalis motu proprio officium interponit, (*a*) *inquirendo in crimina* etiam nemine accuſante, vel deferente, *l.* 3. §. *1. ff. de Offic. præſ. & ibi Bartol. c.* 17. *X. de accuſat.* eo inclinat Schwed. Ober-Gerichts-Ordn. §. 9. Bevoraus ſoll er auff die Perſonen / ſo bey unſerer Armee ſich auffhalten / und auf derſelbigen verdächtige Practicken und Händel ein Aug und Acht haben / auch ſolche gebührend abſchaffen. (*b*) *juſto modo* in criminalibus *procedendo*, lites expediendo, ac ipſa crimina puniendo. *l. 51. ff. ad L. Aquil.* uti pergit Schwed. Ober-Gerichts-Ordn. *d. l.* §. 4. Er ſoll Auffſicht in allen haben / daß die Delicta gebührlich abgeſtrafft werden / und wann er in Erfahrung bringet / daß ſolches nicht

geſchicht/ es dem Feld-Marſchalck anzeigen/ und nach deſſen Ordre die Oberſten um die Juſtitz anlangen. Tandem denique Generalis Auditor officium impertitur ſuum *ad implorationem aliorum*, Teſtamenta, Donationes, Pacta & Contractus ſubſcriptione ſua confirmando, quibus fidem facit ſæpius allegata Schwed. Ober-Gericht-Ordn. § 3. ibi: wann Teſtamenta, Obligationes, Contracten/ Verträge und dergleichen aufzurichten/ ſollen dieſelbige für gültig und kräfftig gehalten werden/ wann dieſelben von ihme dem General-Auditeur unterſchrieben ſeyn.

# SECTIO VI.

exponit

## JUDICUM MILITARIUM CAUSAM ΠΡΟΚΑΤΑΡΚΤΙΚΗΝ, ET ORIGINEM, NEC NON CAUSAM EFFICIENTEM.

### *Membr. I.*

LEgiſlatoribus, quæ cauſa occaſionem ad concedendam Militibus Forum Privilegiatum, & ſanciendos Articulos militares præbuerint, in propatulo ferme eſt. Etenim ob *publicam utilitatem* hoc factum, ne ſcilicet Milites, ſi alio in loco & coram Judice ordinario reſpondere cogerentur, a militia abſtraherentur, *vid. l. 31. C. loc. cond.* & cauſæ citius ac ſecurius, nullus enim fere rerum militarium peritus quam Judices militares, *Mev. Prodrom. Jur. Gent. inſpect. 9. § 16.* expedirentur, neque ipſi, cum plerumque paganis ſoleant eſſe exoſi, invidia Judicis opprimerentur, *l. ult. §. 7. C. de re milit.* Accedit ſingularis *eorum favor*, *ob* ſtrictiſſimam *militarem diſciplinam*, videſis *Papp. in Annotat. ad jus Milit. Holland. in præfat. lit. b.* ibi: die Kriegs-Diſciplin, welche zu den herrlichen Privilegien ſo den Soldaten ertheilet worden/ Anlaß gegeben ꝛc. nimia *itidem* militum *imperitia, pr Inſtit. de milit. teſt.*

*teſt*, quippe Arma magis, quam Jura noſſe creduntur *l. 22. C. de jur. delib. Tacit. in vit. Agric.* Et tandem juſta *commiſeratio*; Vix enim, ſi res & ſtatus militaris ad verum reducitur, aliæ perſonæ majori commiſeratione & privilegiis dignæ, *Tholoſ Synt. lib. 19. c. 16. n. 7.* quo facit illud *Philemonis Comic.* *ut habetur in ſententiis Comicor.* ϛρατιῶτα ἐκ ἄνθρωπε καὶ σιτέμενε ὡς τὰ ἱερεῖα ἵν ὅταν ᾖ καιρὸς τυθῇς, i. e.

*O miles non homo, qui paſceris*
*Quemadmodum victima, ut cum tempus fuerit immoleris.*

Sicut ergo multa alia ob hactenus relatas cauſas Militibus conceſſa ſunt Privilegia, de quibus **Coteræus d. tr. Baro ab Honek. de Privil. Militum lib. 1. c. 8. Burger. obſ. 4. c. 1. Tholoſ. d. lib. 19. c. 16. Brunnem. ad C. tit. de re milit.** Ita quoque eadem & cauſæ προκαταρκτικαὶ fuerunt conſtituendorum Judicum Militarium, & Magiſtrorum militum.

## *Membr. II.*

Horum *originem* refero ad tempus Dictatorum poſt expulſos Reges, & nomen Regium a P. R. proſcriptum, ubi Dictatoris poteſtati addita Magiſterialis. *l. 2. §. 18. & 19. ff. de Orig. Jur.* Et ſicut Cenſores Conſulibus auxiliares dabantur, ita Magiſter Equitum datus Dictatori, *Tholoſan. Syntagm. l. 47. c. 18. n. 1.* Succeſſit in locum Magiſtri militum ſub Imperatoribus Officium Præfectum Prætorio, *d. l. 2. §. 19. de Orig. Jur.* qui ab initio quidem Principali curæ militiæ gratia aſſociati, ſucceſſive tamen ſecundam poſt Principes obtinuerunt poteſtatem, dum eis data eſt plenior licentia, ac diſciplinæ publicæ emendatio. *l. 1. ff. de Off. Præf.* Munus ergo utrumque, & Magiſtri militum, & Magiſtri Officiorum, tandem ſuſtinebat Præfectus Prætorio. *Rennem. Iurispr. Romano-Germanic. Univerſ. de Iur. Perſon Diſp. 16. th. 20. lit. b.* Aſt declinante Imperio, Imperatores Magiſteriam digni-

dignitatem magnificam a Præfectura Prætorio iterum ſepararunt, ut quæ maxime Belli curam haberet. Proinde Magiſter Militum, quemadmodum ſe militum numerus haberet, inquirebat, circa caſtrorum curam operam dabat, ſingulis annis omnia Principi referebat, *l. 1. de Offic. Magiſtr. Offic.* Principi Milites & Duces, qui idonei curis & honoribus militaribus eſſent, *l. 1. C. eod.* nominabat, & Rerum majorum Militarium, & Senatoriarum perſonarum exauctorandarum poteſtatem habebat, *l. 3. C. eod.* Animo erat illi cura Caſtrorum, Valli, Foſſæ, Tabernaculorum, Tormentorum, Tentoriorum bellicorum, & ſimilium Jurisdictionem quoque in Milites concreditam habebat, hanc enim Magiſteriæ poteſtati præprimis ineſſe, Impp. Honorius & Theodoſius reſcripſerunt, *l. 6. C. de Jurisdict. omn. jud.*

## *Membr. III.*

Relinquentes Romanorum *tempora, ad noſtra* recta nunc *progredimur* via, quibus ea, quæ de Jure Civili Romano hoc in paſſu prodita, confirmata reperimus. Nam ſicut Viri Illuſtres, Comites & Magiſtri Peditum & Equitum in Provinciales nullam habent poteſtatem, ita nec Ampliſſima Præfectura in Militares viros, *l. 1. C. de Offic. Magiſtr. milit. it. l. 9. ff. de Cuſtod. & exhib. reor.* Atque ita hodie in Imperio illud quoque *Juvenal. in Satyr. 16.* receptum:

*Legibus antiquis Caſtrorum; & more Camilli*
*Servato, Miles ne vallum litiget extra*
*Et procul a ſignis: Juſtiſſima Centurionum*
*Cognitio eſt igitur de milite &c.*

Ut milites noſtri forum ſortiantur competens apud Judices Militares, und können die Soldaten an keinem andern Ort / und vor keinem andern Richter verklaget noch belanget werden / als vor ihrem Obriſten / *l. fin. C. de re milit. Lobr. p. m. 89.* Atque ita tota die practicari teſtantur *Receſſ. Imper. Carol. V.*
*Con-*

*Conſtitut. Crim.* ac Conſuetudines & Statuta militaria, inter quæ Königliche Schwediſche Ober-Gerichts-Ordnung *in Corp. Milit p. 195. & mult. ſeqq.* Holländiſch Kriegs-Recht quod Pappus edidit, Fürſtliches Braunſchweigiſches Kriegs-Recht / Dänemärckiſch Kriegs-Articuls-Brieff / Maintziſches Kriegs-Recht / Frantzöſiſch Kriegs-*Ordonance de dato S. Germain. ult. Mart. 1666.* Et maxime *Conſtitutio Maximiliani II. de Anno 1570. & Ferdinandi III. ſub tit.* der Röm. Kaiſerl. Maj. Reuter-Beſtallung. Usque adeo, ut Duces, Præfecti & Judices Militares de omnibus Militum cauſis, Civilibus & Criminalibus, cognoſcant, aliosque ordinarios Judices excludant. Dann die Soldaten vor keinen andern Richter / ſo wohl in Civilibus als Criminalibus cauſis zu belangen / noch zu ſtehen ſchuldig oder befugt / viel weniger zu beſtraffen ſeyn / als vor ihren vorgeſetzten Ober-Officirer / deme die Jurisdiction über ſie anbefohlen und dem der Stab übergeben iſt. *Lobrin. d. l. p. 90. Azeved. Bobadill. Clar Caballin. Maſtrill. Thom. Charlevall. Iudic. tit. 1. diſp 2. quæſt. 4. n. 463. Brunnem. ad l. 6. C. de Juriſd. omn. Iud. Coteræus de Privileg. Milit. lib. 2. c. 6. Carpz. P. 4. c. 9. def. 11. n. 5.*

## *Membr. IV.*

Et hactenus de Origine. Quoniam autem notum eſt, neminem Judicem naſci militarem, nec Auditoriatum a natura dari, ſed per actum extrinſecum auctoritate publica conſtitui, *Cauſa efficiens* perluſtranda, & pauca de iis, quibus conſtituendi poteſtas competit, dicenda erunt. Eſt vero hæc cauſa Efficiens duplex, (1.) *Independens ac immediata & (2.) dependens & mediata. Veram & independentem*, ſive immediatam dicimus eos eſſe, *penes quos τὸ κύριον* & Poteſtas in re Militari ſumma ac abſoluta exiſtit, h. e. qui Duces Belli primarii & excellenter ſic dicti ſunt, de quibus juxta *Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 22.* illud *Livii* accipiendum: Nec

 Ducem

Ducem novimus, niſi cujus auſpicio bellum geritur. Hic enim ſine controverſia omnium Ducum ſuperior & fons, à quo omnes dignitates, gradus omnes, & omnia in bello officia profluunt. *Dependentem & mediatam*, quæ à tali ſuprema poteſtate dependet, conſtituunt illi, *quibus militiæ cura* commiſſa, *Scotan. Exam. Jurid. ad tit. de Offic. Magiſtr. milit.* quique Imperantis nutu ac juſſu imperant ac bellum gubernant. Et *hi* ſunt vel *Primarii*, ut La teſte de l'Armée, der Generaliſſimus oder Feld-Marſchalck / & alii Officiales Superiores, als da ſind die General-Lieutenante, General-Wachtmeiſters; vel *Secundarii*, e. g. Colonelli, & Duces Regiminis, die Obriſten. Hi conſtituunt Auditores Regiminis, illi Auditores Generales. Cum enim hi omnium Militum cauſas, quarum magna pars levior, & delicta, quæ haud rarenter animadverſione indigna, judicandis & cognoſcendis pares non ſint, quippe majoribus occupationibus, pro utilitate omnium & ſingulorum impediti, neceſſitas flagitavit, portionem quandam imperio eorundem detrahere, publica autoritate in alios transferre, ſicque *per Scultetum Militiæ*, den Regiments-Schultheißen/ Jurisdictionem in Milites ſubjectos æque ac ſuperior per Magiſtratus oppidanos in cives ſuos peragit, exercere, *Bürg. Obſ. 24. c. 3. Lobrin. d. l. p. m. 85.* Quibus fidem facit illud: Anfänglich wo ein Herr ein Regiment aufrichten will / ſo ſoll der Obriſte nach einem verſtändigen Kriegsmann trachten/ der da geſchickt / und in den Kriegs-Rechten erfahren ſey/ demſelbigen machet er zum Schultheiß/ thut ihme den Stab überliefern/ bey Eydes-Pflichten vermahnen ꝛc. *Idem Lobrin. p. m. 105. & pag. præced.* ibi: Zu einem Schultheißen ꝛc. ſein Amt wird vom Obriſten verliehen/ & *ſubſeq. 86.* der Obriſte hat ſein eigen Regiment/ beſetzt ſeine Aemter ſelbſt/ und zeigts in Ringe an: Quod Tribuni militum & alii inferioris conditionis Officiales nequeunt, ratio in promptu, quia publica autoritate deſtituti nullam Jurisdictionem habent.

habent. *Forſter. in Hiſtor. Iur. lib. 1. c. 24. n. 3.* Die Rittmeiſter/ Capitaine und andere Officierer haben keine Gewalt/ die Juſtitz über die Mißthätige beſtellen zu laſſen/ ſondern ſolches iſt ein Reſervat des Obriſten/ qui Jurisdictionem exercet, & cui competit Merum Imperium ac Jus Gladii, *Bürger. Obſerv. 80. c. 2.*

## *Membr. V.*

*Quænam* vero *Jurisdictio hic Colonello tribuatur?* non incommode nec otioſe quærimus. Notum namque Jurisdictionis vocabulum varie in Jure noſtro ſumi, ita ut modo Jurisdictionem ſimplicem denotet, modo mixtum imperium, quod cum Jurisdictione perpetuo conjunctum, *l. fin. ff. de Off. ejus cui mand. eſt. jurisd.* modo etiam juxta nonnullos merum comprehendat Imperium, prout tradit *Weſenb. in paratit. ff. de jurisd. n. 2. Treutl. vol 1. D. 3 th. 1. lit. b. Franzk. Comment. ad ff. de jurisd. n. 3. Arum. Diſp. 2. th.* 1. Quod tamen negant & variis argumentis contrarium defendere annituntur *Dn. Hahn. Comment. ad Weſenb. d. l. n. 2. verb. id proprie munus Sutholt. Diſſert. de Jurisd. aph. 115. ſeq. Dn. Struv. Exerc. 4. th. 51.* Quamvis hæc omnia notiſſima Germaniæ conſuetudine immutata, atque in Altam & Baſſam Jurisdictionem transfuſa ſint. Contrariatur quidem *Mæſtert. de Jurisdict.* qui vult moribus totius pene Europæ aliam Jurisdictionem Altam, aliam Mediam, aliam Imam eſſe. Verum moribus Germaniæ magis convenit bimembris diviſio, ut alia ſint Criminalis, Superior, ſive Alta, alia Inferior, Civilis ſive Baſſa, *Reinking de R. S. & Eccleſ. lib. 2. claſſ. 2. c. 17. n. 43. Carpzov. in Prov. tit 2. art. 1. n. 56. & ſeq.* quæ ipſe tamen ſpecies non ubique locorum æqualiter definiuntur, iterumque comuniter in ſuas partes ſive gradus ſecantur. *ICt. Conſummatiſſimus Dn.* Lauterbach) *Concl. Forenſ. Exerc. 5 theſ. 1. ubiq; alleg. Bocer.* Communem hanc ſecuti diviſionem, *talem hodie Colonellum*, vel Ducem exercitus, ἐπὶ τὸ πλεῖστον *Jurisdictionem habere ſtatuimus, qualem*

*lem de Jure Romano habuit Magiſter Militum in milites*, h. e. Merum mixtumque Imperium cum Jurisdictione, ſive Civilem & criminalem aut altam & baſſam Jurisdictionem, quarum illa ad rerum civilium cognitionem, hæc vero ad delictorum coërcitionem & animadverſionem pertinet, & vocatur das Maleſitz-Recht / *Eckolt. Syn. ff. de Jurisd. §. 1.* Ex quo fluit, quod Colonellus, utpote Magiſtratus militaris in perſonas exercitus ſui quoque Merum Imperium & poteſtatem Gladii habeat, id eſt, jus imponendi ultimum ſupplicium, & capitales pœnas. Cum enim competit poteſtas coercendorum facinorum, cum & habere Merum Imperium, indubitatum eſt. *l. 1. C. qui non poſſ. ad libert. perven.* Apparet hoc ex illo: **Ein jeder Obriſter** repræſentirt **bey ſeinem Regiment** in adminiſtranda & tuenda Juſtitia perſonam Magiſtratus, **und iſt Obrigkeit darüber / er hat das** Merum & Mixtum Imperium, **nemlich über ſein und ſeinem** Commando **untergebenes und anvertrautes Regiment / die Ober und Untergerichte / und** Poteſtatem Gladii, **alſo / daß er einem** Maleficanten **das Leben nehmen und ihn mit der Todes-Straffe (wann es das Recht** pro qualitate delicti **erfordert) belegen laſſen kan.** *l. 3. ff. de Jurisdict. omn. Iudic. l. 1. C. qui non poſſunt ad libert. perven. l. 8. §. 1. ff. de pœn. Lobrin. d. l. p. m. 85.* Quæ omnia tamen cum grano ſalis, & non ἁπλῶς ac ſimpliciter intelligenda ſunt. Si namque Colonello, vel Regiminis Duci, utpote Magiſtratui Militari, Merum Imperium & poteſtatem Gladii attribuimus, illud non de pleno & ſummo *abſolute*, ſed *determinate*, & ex limitatione Principis, **des Feldherrn /** diſtincto intelligimus, quod poſterius dum habere intellectum volumus, ſi legitima Cognitio præcedat. Notanter enim *Lobrinus* loquitur, **wann es das Recht** pro qualitate delicti **erfordert /** & non aliter, quod probatur *ex l. 4. §. condemnatum. ff. de re jud. & l. fin. C. Comminatio. Epiſtol. programmat. vic. rei judic. non hab.* imo prout

tota

tota jurisdictionum materia hodie ex cujusque Loci & conſuetudine, Conditionibus, Privilegiis ac Ordinationibus dependet, & exinde dijudicari debet. *Anton. Morn. in Obſerv. ad l. 3. de Jurisd. Carpzov. tr. crim. p. 3. qu. 109.* Ita & Militaris ex ſanctionibus, Beſtallungen und Ordonencen. Ac proinde difficile moribus his noſtris Judicis in Rebus Militaribus poteſtatem certis cancellis circumſcribere, cum inter eos, qui una Bellum gerunt, non una ſit ubique eademque ratio ideoque ad Jura, quæ inter Milites, und den jenigen Trouppen darzu man ſtößt/ vigent Militaria, hic reſpiciendum. Quidam enim Generaliorem, Reſtrictiorem habent, nihilque novi, quod Princeps cauſas graviores ad ſe deferri faciat. Alſo hat das Hochfürſtl. Haus Braunſchweig und Lüneburg eingeführt/ daß kein Urthel / ſo an Ehr und Leben gehet/von irgend einem ihrer Regimenter geſprochen/ mag exequiret werden / ohne vorhergehende Fürſtl. Confirmation. Quod & Imperator Zeno inter reſervata eſſe voluit. *l. 3. §. 2. C. ubi Senator. Concordat.* Königl. Schwed. Ober-Gerichts-Ordn. *tit. 1. art. 11. Ziegler. ad Jus Milit. Brunſwic. ad art. 12. p. m. 118.* Vielweniger haben ſie Macht einen Ubelthäter zu perdoniren. Nam ut *Ulpianus* loquitur: Nemo, qui condemnare non poteſt, abſolvere poteſt. *l. 37. ff. de R. J. & Ziegl. ib.* Quod tamen in bellis hodiernis non obtinet. Colonellos enim & Belli Duces condonationem & impunitatem ſcelerum: Quam Dd. Aggratiationem reorum, vel Jus aggratiandi, vulgo Begnädigung/ vocant, & impoteſtate publica ac legitima delinquentibus promeritas pœnas remittendi, conſiſtit, vi meri Imperii, quod habent, exercere poſſe docet cum experientia *Dn. D. Feltman. Reſponſ. militar. 4. in fin. ibi:* denn wie bekandt in Teutſchland die Obriſten das *Regale Jus vitam dandi damnantis* haben. Huc ſpectant illa; quæ tradit *Lazar.* von Schwend. *in Diſcurs. Milit. Rubr.* von Aemtern des Kriegs. *ibi:* Das macht auch dem Feldherrn einen groſ-

 ſen

ſen Glimpff / da etwann ſchon einem oder mehr das Leben oder ihre Ehre von dē Kriegs-Recht abgeſprochen wird / daß er zu Zeiten / wann es die Gelegenheit der Sache wohl leiden mag / Milderung darinnen fürnimt / und die Verurtheilten begnadet / ꝛc. eos tamen non facile, & nonniſi prægnantibus de cauſis, gratiam facere debere, omnino conſultum eſt, nimirum quia Reipubl. intereſt, ne crimina maneant impunita, nec in omnibus delictis, præprimis illis, quæ contra Juris divini & naturalis prohibitionem ſunt, veniam dare poſſunt. vid. *Heig. p. 2. q. 22. n. 23.* Cauſas, in quibus alias Remiſſio locum habet, *XV.* enumerat *Dn. Hoyer. in Corp. Iur. Milit. art. 20.* ad quem Benevolum Lectorem remittit *Ziegler. d. l. p. m. 123.* & *XVI.* addit: Wenn nemlich ein Maleficant bloß wider des Landesherrn Perſon geſündiget hat / und durch gewiſſe Beſtraffung der Herr der Gefahr / ſo ihm aus des Delinquenten böſem Gemüthe ferner zuſtehen möchte / befreyen kan / daß nach Beſchaffenheit der Sachen ſolcher am Leben könte perdoniret werden ꝛc. ibidemque laudat Regiam Generoſitatem & Gratiam Regis Daniæ, quam in minuenda pœna nonnulli crimine læſæ Majeſtatis convicto fecit.

# SECTIO VII.

monſtrat

## SUBJECTUM, ET EXPONIT, QUINAM JUDICES MILITARES SIVE AUDITORES ESSE POSSINT, VEL NON?

### *Membr. I.*

Vidimus hactenus, qui *Auditoriatum conferre*, nunc qui *exercere poſſint* videndum. Non enim ſufficit perſonam dantis idoneam eſſe, & jus dandi Judicem habere, oportet etiam eum, qui Judex datus eſt, aptum eſſe ad judicandum. *Ritterſh. in Nov. p. 9. c. 9. n. 33.* Cum autem palam ſit, hoc nobile, & multæ

multæ Dignitatis Auctoritatisque eſſe Officium, ſic enim *Lobrin.d.l.p* 104. zu einem Schultheiſſen wird gemeiniglich erkieſet ein tapfferer Mann/denn es iſt auch der fürnehmſten Aemter eines ꝛc. multum proinde intereſt, cuinam hoc conferatur, nec enim promiſcue omnibus concedendum, ſed ſane Colonellis, ne indignis, quod eorum conſcientiis judicandum committitur, hoc concedatur, probe invigilandum, conſiderandum, examinandum. *Digni* autem habentur omnes, quibus *natura, jure* & *legibus* judicare ac militare non eſt prohibitum. Eadem enim, quæ in judice communi, etiam hic in Militari, habilitas obſervanda. *Qui enim ad militandum & judicandum de Jure Communi inhabiles, ii nec in cauſis militaribus Judices, adeoque Auditores eſſe poſſunt.* Qui ſint apti & idonei, & qui permittantur dari Auditores ſciemus, ubi cognoverimus prius eos, qui prohibentur.

## *Membr. II.*

Non admittuntur ergo ad Auditoriatum (1.) *ob ſenſuum ab alienationem* SURDI & COECI. Cum enim Auditor ab audiendo partes ita dictus, ſummarie de plano & extemporaneo judicio procedens Judex ſit, requiritur, ut reos de Criminibus, quibus accuſantur, audire debeat, *l. 6. ff. de Cuſtod. & exhib. reor.* Et cum aliter quam audita voce contendentium inſtrui nequeat, neceſſario ipſum audire oportet; Surdi ergo ob Vitium corporis, quo laborant, & ob quod ab iis actus Judicii exerceri juſtitiaque adminiſtrari nequit, judicare non poſſunt. *l. 1. 2. ff. de Legib.* Et quanquam Interpretes per *l. 6. ff. de Judic.* cœcum Judicis officio fungi poſſe ſtatuant, tamen Auditorem, quod alias inhabilis ſit ſequi militiam, eſſe poſſe, conſtanter nego. Multa enim ſunt, quæ oculis Judicum ſubjici debeant, antequam judicentur, ut de collatione Scripturarum *l. 22. ad L. Cornel. de falſ.* deque aliis, quæ non niſi viſu percipiuntur, Et

*Segnius*

*Segnius irritant animos demiſſa per aures*
*Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus.*

*Gl. in §. fin. de grad & affin. fectius junct. text.* Multoque per rei cujusque cognitio ex oculorum ſenſu, quam aurium percipitur. *Ariſtotel* περὶ αἰσθήσεως. *Chryſoſt. orat. 12. Polyp. 21.* ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων ακριβέστεροι μάρτυρες.

## Membr. III.

In idonei [2] ad Auditoriatum reperiuntur *ob loquelæ privationem*, MUTI, non qui ἀσαφῶς ſeu obſcure, ſed qui ἀσήμως ſine ſignificatione loquuntur. *l. 9. ff. de Ædil. Edict.* & ſine articulatione *l. 7. ff. de ſupellect. legat.* Auditorem enim loqui & interloqui oportet, expeditque in judiciis, præprimis ſi de plano fiunt, ſæpe interrogationes fieri, *l. 9. C. de jud.* Sic etiam Jurisdictionem a dictione juris *l. 1. C. de jur. omn. jud.* dictam, non mutus, ſed loquens exercere poteſt.

## Membr. IV.

Repelluntur (3.) ab Auditoriatu [α] *ob ſanæ mentis defectum naturalem*, FURIOSI & MENTE CAPTI, ſeu μέμνυνται quippequi qui mente & judicio in Judicibus requiſito neceſſario carent *l. 12. ff. de judic. l. 9. de recept. arbitr.* Similesque JCti eos faciunt Ignorantibus, *l. 4. de Divort.* Dormientibus, *l. 1. §. ſed ſi ff. de acquir. poſſeſſ.* & Vitioſis, *l. 1. & l. 4. ff. de Ædil. Edict.* Abſentibus, 2 *ff. de jur. Codicill.* & Mortuis. *Baldus in l. 9. C. de impuber. & alior. ſubſtit.* Auditor muß hingegen ein tapſſerer Mann von bekandter Dexterität und guter Experientz auch ſchleuniger Expedition ſeyn. *Lobr. d. l. p. 107.* [β] *Moralem*, PRODIGI, quibus decreto Magiſtratus bonis interdictum, *l. 40. ff. de R. I.* Etenim vitam & mores Auditorum tales eſſe convenit, ut Virtus eos facile commendare, & gratos gravibus bonisque Viris reddere poſſit. Nunquam enim tam excellens & pretioſum talentum concreditum diſpenſabit is, cujus vita moresque cum hone-

ſto diſſident & pugnant. Nec immerito: Qui enim ſibi ipſi malus, cui bonus? Qui ſemel Scurra, nunquam Paterfamilias. Et ὁμοίως ἐπισφαλὲς μαινομένῳ δοῦναι μάχαιραν, καὶ μοχθηρῷ δύναμιν, i.e. periculoſum eſt inſanienti gladium, ac improbo viro Magiſtratum committere. *Tholoſ. Synt. l. 42. c. 9. n. 14.* Hinc optime JCti æquiparant Furioſis. *Jaſon in l. 6. ff. de V. O.* quatenus ſine Curatoris auctoritate ſeſe obligando aliis ne quidem naturaliter tenentur, *d. l. 40. de R. J.* atque Pupillis, *Bart. in d. l. 6 ff. de V. O.* quatenus alios ſibi obligare, ſine conſenſu tamen tutoris nihil gerere poſſunt. *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 6. th. 38.* Quibus ut portæ Auditoriatus clauſæ, ita nec magis prodigis aperiuntur.

## *Membr. V.*

Non admittuntur (5.) ad Auditoriatum *ob immaturitatem* IMPUBERES, i. e. XIV. ætatis annum nondum egreſſi, *pr. Inſtit. quib. mod. tut. fin.* Quoniam natura tale judicium, quale in quovis judice, ſicque etiam in Militari requiritur, non habent. *arg. §. 1. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* & quid videant ignorant. *l. 1. §. fin. C. de falſ. monet. l. f. ff. rem pupilli ſalvam fore.* Bey einem Auditeur wird hingegen ein hurtig Judicium erfordert ꝛc. *Lobr. d. l. p. 108.* Ut adeo, quia leves, proni ad animi affectus, inconſiderati, inexpertes rerum, *Tholoſ. Synt. l. 47. c. 9. n. 17.* ab omnibus officiis Civilibus arceantur. *d. l. 2. §. 1. ff. de R. I.* ac per conſequens ab Auditoriatu. Quod recte etiam ad MINORENNES extenditur. Nam & horum conſilium lubricum eſt, ut exacte non intelligant, quid loquuntur. Sic etiam ſuadebàt *Mecænas Octaviano teſte Dio. Caſſ. l. 52.* ne ad Magiſterialem Equeſtrem dignitatem minores octodecim annorum eligeret. *Tholoſ. d. l. & libr. n. 19.*

## *Membr. VI.*

Arcentur etiam (6.) ab Auditoris munere INFAMES. Quamvis enim hi certo modo Judices eſſe non prohibeantur,

tur de Jure Civili, *arg. l. un. C. de infam. junct. l. 18. §. 14. ff. de mun. & honoſ. Bachov. ad Treutl. V. 1. Diſp. 12. th. 7. lit. b* Quia tamen judicandi munus Dignitas eſt, ab eo recte arceri Infames colligitur *ex l. 2. C. de dignit. junct. l. 12. §. 2. verſ. lege. ff. de Jud. l. 2. ff. de Senat.* quia ab Honoribus, *l. 12. C. de dignit. c. inter dilectos 11. X. de probat. c. infam. 87. de R. I. in 6.* & ab officiis publicis repelluntur infames. *Gloſſ. in l. 2. §. miles, verb. Sacramento. ff. de his qui not. infam.* Quo præſuppoſito dicimus nec in cauſis Militaribus admittendos Infames. Siquidem Auditoriatus non modo eſt officium publicum, ſed & honor atque dignitas, cui nonniſi integræ famæ & bonæ exiſtimationis perſonæ præeſſe debent & poſſunt. *Lobr. in annot. ad* Schwend Kriegs: *Diſcurs rubr.* Von des Regiments: Schultheiſſen Amt. §. Derohalben/ ibi: Ein ehrlicher frommer Mann/ qui probatæ vitæ habet teſtimonium. Tam ſanctum enim tamque nobile Militiæ nomen, ut Criminoſos ac infames a ſe repellat maxime, *Coteræus d. l. c. I. n. 12.* quod & præcipit Reuter: Beſt. *art. 109* & Schwed. Kriegs: R. *art. 109.* Schweitz. Kriegs: R. *art.* 84. Utinam adhuc hodie & non extrema quævis, phraſi Curtiana, urbium ſuarum purgamenta ſcriberentur, quibus ob egeſtatem & flagitia maxima peccandi neceſſitudo eſt.

## *Membr. VII.*

Auditoriatus (7) plane incapaces æſtimantur FOEMINÆ, *ob ſexus imbecillitatem.* Quia officium hoc Publicum eſt & Virile a quibus Fœminas penitus remotas volunt Leges, ut conſtat *ex l. 1. §. 5. ff. de poſtul. l. 12. §. 2. ff. de Judic. l. 2. ff. de R. J. & c. dilecti filii 4. de arbitr.* Hinc ſicut in nonnullis cauſis a teſtimonio repelluntur, *Nov. Leon. 48. c. forum 10. in fin. de V. S. Specul. de teſte §. 1. n. 83.* Sic etiam a Militia arcentur, *arg. l. 1. §. 1. & 5. ff. de poſtulando, l. 2. de R. J. Bocer. de J. B. lib. 1. c. 6. n. 19.* Utcunque Plato in ea ſententia fuerit, Mulieres inſtitui & doceri eadem, quæ bene inſtituti Viri

ſciunt, & idcirco negotia in Republ. curare poſſe, quæ ratio, quod omnia cum privata tum publica Pacis & Belli ſtudia communicet Mulieribus cum viris, *Tholoſ. Syntagm. l. 47. c. 10. n. 3.* & Amazones *Juſtin. Hiſt. 2. c. 1. n. 3. c 4. num. 4.* Viris æquaverint, atque Galli, interque hos *Damoiſelle de J. Guillaume in libro quod edidit ſub titulo : Les Dames Illuſtres ou par bonnes & fortes raiſons, il ſe prouve que le ſexe Feminin ſurpaſſe en toute ſorte de genres le Sexe Maſculin*, adhuc hodie Albertinam, Barbaram, Bernecurtiam, Dominam Sancti Blamontii, Lapucelle d' Orleans, la Mavie Reine de Saraſins, la Mathilde Ducheſſe de Mantoue, & de Ferrare, Jeanne d' Arc, & alias bene multas jactent oſtententque, *Hondorfii Prompt. Exempl. p. 2. p. 37.* ubi unterſchiedener Weiber Geſchicklichkeit exhibet. It. *Chaſſan. Cat. Glor. Mund. part. 2. conſid. 88. 89. 90. &c.* Audiamus magnum illum Virum *Dn. Schuz. JCtum & Cancellar. Fuldenſ. in libello* Ehren-Preiß des hochlöblichen Frauen-Zimmers / oder unpartheyiſche Erörterung der ohne Fug in Zweiffel gezogenen Frage: Ob das Weibliche Geſchlecht am Verſtande dem Männlichen von Natur gleich / auch zu Verrichtung tugendſamer Wercke und Thaten ebenmäſsig qualificiret ſey ibi: Debora ein Wittib commandiret das gantze Volck / eine Wittib führet die Armeen / eine Wittib erwählet die Capitaine und Generalen des Kriegs-Heers / eine Wittib krieget / eine Wittib macht ſich würdig eines herrlich- und ewigen Triumphs. Aber warum läſt GOtt dieſes zu? Auf daß man lerne / daß an der Natur und Geſchlecht der Weiber zu dergleichen hohen Actionen zu gelangen / kein Mangel noch an gleichmäſsiger Capacität zwiſchen Mann und Weib einiger Unterſcheid ſey. At enim vero licet fatear, non deeſſe Mulieribus Ingenium, Cognitionemq; bonarum artium, fuit ſiquidem Theano Metapontina vel Thuria, Bythagerea Philoſophi Theophronis filia, & ipſa Phliſopha. Fuerunt & aliæ peritæ in aliis rebus,

quas

quas lubens prætermitto, quæ poſſent certe quamplurimos noſtri temporis, potiſſimum Juvenes Judices, ſuperare doctrina. Sed ob hæc & alia ſingularia non ſtatim à Romanorum more & legibus recedendum. Rara namque ſunt, quare merito à Viribus officiis Fœminæ generaliter ab *Ulpiano* in *l. 2. ff. de R. I.* removentur, idque potiſſimum ob garrulitatem & fragilitatem Conſilii, hinc tradit optume ***Euripid. in Antiop.*** ἡδονὴ ἤ τις γυναιξὶ μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λαλεῖν. Voluptas quædam eſt mulieribus, nihil ſane loqui invicem. Et alibi μήποτε λάβῃ γυναῖκα εἰς συμβουλίαν, nunquam in Conſilium Mulierem admiſeris; deinde ob mollitiem & inconſtantiam Animi, cum ter in hora mutari dicantur, variumque atque mutabile ſemper fœmina, *c. forus. X. de V. S.* nihil in fœmina modicum, ſi amat uritur, odio implacabilis & contempta amens fit. *Grammond. in libr. 1. Hiſtor. Gall. p. 39.* Eſtque communis omnium ſententia, male ſe res habere, cum à natura degenerat Ordo naturalis. Mulieres Viris ſubjici, & non dominari, docent Pandectæ ſacri, *Geneſ. 3.* & proverbium antiquum: Quum regunt vulvæ, gens tota proclamat ſicut veh. ***Tholoſ. l. 47. c. 10. num. 11.*** Ut taceam, quod præter Jura ipſa Honeſtas & Pudor naturalis, ac ſtolæ matrimonialis decus Fœminas Auditorem ſeu Judicem & Militem agere, & ſimilia officia virilia fugere jubeat, ipſisque prohibeat, perperam omnibus ſeſe manifeſtare. ***l. 14. C. de contrah. & committ. ſtipul.***

## *Membr. VIII.*

Auditoriatus (8.) exercitium non obtinent ***ob officiorum incompatibilitatem*** MONACHI & CLERICI. His namque Officia Spiritualia ſuſtinentibus Secularia Negotia tractare, & Officium Militare exercere ſimpliciter eſt interdictum, *c. ſicut te. 8. X.* ***Ne cleric. vel monach.*** cum ſit abſurdum & Clericis opprobrio, ſi peritos ſeſe velint oſtendere diſceptationum forenſium, ***l. 41. C. de Epiſc.*** Deique ſervitio malint

malint humanas præferre occupationes. *l. 53. §. 1. C. eod.* Quin potius cultui divino miniſteria ſua impendere, cæteris omnibus poſthabitis ſtudere debent, ſecundum monitum *Conſtant. Imperat. in l. 2. C. Theodoſ. eod. tit.* Omitto Clericos ab Armis & Militia, quippe profeſſioni vitæ contraria, *l. 6. C. de muner. patrim. l. 1. §. 4. ff. de vacat. mun.* atque ab uſu armorum in ſpecie arceri, *can. ſi quis. diſt. 36.* Late hic. *Burger. obſ. 18. c. 1.*

## *Membr. IX.*

Ab Auditoriatu (9.) excluduntur *ob Jurisprudentiæ & LL. militarium neglectum*, IMPERITI. Hos enim in enumeratione incapacium nullo modo prætereundos eſſe puto. Nam non convenit, ut illi gerant Nomen Judicum, qui Legum ſunt imperiti, & in rebus gerendis nullum habent uſum, nullam experientiam, *l. 14. verſ. legum. C. de Jud. & Nov. 82. pr.* ubi peritiam Juris in Judicibus requirit Juſtinianus, nec aliunde eos vult emendicare judicandi honeſtatem, ut ipſe loquitur *d. Nov.* Addatur *Nov. 60. in fin. Bronch. Cent. 1. aſſert. 43. B. Ludvvell. JCtus ſine pari, præclara cujus ſcripta & fama pari per Europam ambulant paſſu, Exerc. 17. th. 9. lit. G. Donell. lib. 17. Comm. Jur. Civ. c. 24.* Videtur quidem permiſſum militibus, prout colligunt nonnulli *ex l. pen. C. de Jud.* eos, qui nullis literis imbuti, judices admittere, ita videtur, ſed κατὰ τὸ λέγεσθαι & figuram verborum, aſt latet in illa lege manifeſta quædam ἀσυλλογιςία â dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, ſcilicet ut ejusmodi perſonæ non ἁπλῶς & ſimpliciter, ſed καταχρηςικῶς & ſecundum quid admittantur, quatenus rerum militarium & conſuetudinum periti ſunt, ad exemplum quorumcunque Artificum in rebus ſui artificii, *l. fin. C. de Jurisdict. omnium judic.* Suæ enim artis unusquisque & Auctor & Diſputator eſt optimus, ut docet exemplis *Valer. Max. libr. 8. c. 18.* quæ omnia ſine dubio procedunt, ſi Magiſtratus militares Auditores

 peritos

peritos adjunctos habeant, ſic enim *Lobr. d. l. p. 109.* Heut zu Tag pflegen deshalben Auditeurs beſtellet zu ſeyn / damit von ihnen die Officier und Aſſeſſores ſich / was Rechtens / auch können unterrichten laſſen / eben wie vor Zeiten denen Præſidibus provinciarum Beyſitzer zu dem Ende zugegeben wurden / weiln jene pflegten militaire Perſonen zu ſeyn / und der Rechten keine Wiſſenſchafft hatten, *l. 1. ff de Offic. Aſſeſſor. junct. l. 2. ff. quod quisque juris in al. ſtat.* Jura igitur ſi ipſe ignoret, quomodo alios in iis informare poterit. Nec tamen adeo eminenti Scientia & Jurisperitia accuratiori, quæ cupidiſſimis ſæpius, variis remoris obſtantibus, contingere nequit, præditos, & JCtos perfectos Sculteſos eſſe oportet, ſed ſufficit, ſi modo οἱ μετὰ τὸν δυοδεκάδελτοι σοφοὶ ac media juris ſcientia imbuti, & ad minimum ea Jura, quæ eorum officium reſpiciunt, quæve de Contractibus, deque Judicibus & proceſſu criminali formando prodita ſunt, intelligant, ſicque cum hac Juris Civilis ſcientia exactam Articulorum Militarium ac Juris Divini cognitionem habeant, quemadmodum notat iterum *Lobr. d. l. rubr.* Von des Regiments-Schultheiſſen Amt. *p. m. 106.* ibi: Weilen demnach auf den Regiments-Schultheiß die heilſame Juſtitz und deren Adminiſtration beruhet / ſo muß derſelbe neceſſario die Göttlichen / allgemeinen Kayſerl. und ſeines Landes-Fürſtens / auch Feldherrns beſchriebene Land-Geſetze / und deſſelben ſamt anderer kriegenden Potentaten Kriegs-Rechte und Ordnungen wol verſtehen und inne habē ꝛc. Siquidem nach denen Göttlichen und beſchriebenen Weltlichen Rechten er (der Schultheiß) die Urtheil fällen muß. *Id. ibid. p. 107.* Quæ omnia Imperitus facere & intelligere nequit, cum non entis nullæ ſint qualitates. *l. 4. §. 1. ff. de Act. Empt. Weſenb. Parat. ff. de Prob.* Judex autem non dicitur, qui non facit, quæ ad officium ejus pertinent, *Dec. ad l. 183. de R. I.* Immo Auditor, ut Judex lex animata ac Dux & Imperator & baſis & fundamentum totius judicii eſt. *Gail. 1. Obſ. 42. num. 9. & ſeq.*

*ſeq.* Ein Auditeur muß beym Kriegs-Recht das beſte thun. *Lobr. d. l. p. 180.*

## *Membr. X.*

Tandem rejiciuntur, (10) *ob infamiæ notam* ab Auditoriatu (α) INFIDELES & HÆRETICI NOTORII, & ex ea cauſa infamia notati. Hi enim cum ab omni officio, tum maxime ab hoc ſunt repellendi. (β) EXCOMMUNICATI, cum quibus ne cibum quidem capiamus, præcipit *Apoſtolorum Coryphæus Paul. 1. Corinth. 2.* & BANNITI, quibus omnia quoque humanitatis jura, viciſſitudinesque officiorum & commercia ſunt interdicta. *Oldendorp. Claſſ. 1. Act. 2. p. m. 16. & 17.* Huc pertinent die mit Schelmen von Regimentern und Compagnien gejaget werden. (γ) SERVI, ſiquidem hi de Jure Civili pro nullis habentur. *l. 32. de R. I.* τοῖς δȣ́λοις οὐκ ἐςι μετȣσία πολιτείας & quaſi non ſint. *l. antep. eod.* Quamvis ex perſona dominorum χαρακτηρίζονται, ut ait *Theoph.* i. e. perſonentur, prout oſtendit *Vinn. in not. ad Inſtit. tit. de ſtipul. ſerv. in pr.*

## *Membr. XI.*

Cæterum antequam finem huic ſectioni imponamus hoc quoque addimus: *Cauſas ſpeciales, quæ Iudicem communem inhabilem & ſuſpectum reddunt, & ob quas, ſi juſtæ & graves ſunt, recuſari poteſt, etiam ab Auditoriatu excludere*, argumento à genere ad ſpeciem ducto, quod validum εἰς ἀνασκευὴν, videſis *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 6. th. 11.* Quia eadem ratio in judice Communi, quæ eſt in Militari. Identitas enim rationis eandem facit Juris diſpoſitionem. *c. inter corporalia. 2. de transl. Epiſc.*

# SECTIO VIII.

declarat

## QUALES PERSONÆ AD AUDITORIATUM ADHIBENDÆ.

### *Membr. I.*

PErluſtratis iis cauſis, ob quas quis Auditor eſſe prohibetur, nunc conſtabit qui ſint apti & idonei ad Auditoriatum, quique permittantur dari Auditores, nimirum Viri Juſtæ ætatis, Sanæ mentis, omnium ſenſuum compotes, Literis eruditi, Bonæ famæ, Chriſtiani &c. & qui inter enarratas perſonas non continentur. Transeundum jam ad Specialia, quæ Requiſita ſint Auditoris, vel quod idem eſt, qui Judices Militares eſſe vel eligi conſtituique debeant. Et dicimus *Optimos in Ordinem Auditorum adſciſcendos eſſe. Optimi* vero cenſendi ſunt, in quibus elucent omnes illæ virtutes, quæ in judicii Militaris adminiſtratione neceſſario requiruntur, (α) RELIGIO ac PIETAS, *Exod.* 18. *verſ.* 21. Deo enim, cujus judicium exercetur, 2. *Chron.* 19. *verſ.* 6. Principi & Legibus mundas ſervare debent manus, *Nov.* 17. *c.*1. ac Dei & LL. timore proferre ſententias. *Nov.* 23. *c.* 3. Deum ſint timentes, quia non eſt Major illo, qui timet Dominum. *Eccleſiaſt.* 19. *v.* 18. *& ſeq. &c.* 32. *v.* 20. (β) SCIENTIA LITERARUM & JURIS, ignarus enim literarum facile negat ea, quæ pro veritate ſtatuta ſunt, & ſuper eo inconvincibilis eſt. Et ita ignorantia Judicis plerumquè eſt calamitas innocentis. *D. Aug. lib.* 19. *de Civit. Dei*, 6. Et proinde intollerabilis ignorantia eſt in iis, qui præſunt, *c. in laicis.* 38. *diſt.* 38. utpote mater Errorum, *c.* 1. *diſt.* 38. & injuſtitiæ. Quia, ut ait *Terent. in Adelph. Act.* 1. *ſc.* 8.

*Homine imperito nunquam quicquam injuſtius,*
*Qui, niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat.*

NOMI-

ΝΟΜΙΚΟΙ etiam ſint, & ſecundum LL. non exempla judicent, *l.* 13. *C. de ſent.* nec præſumtionibus, ſed clariſſimis argumentis, *l. ult. C. de Prob.* Huc pertinent ea, quæ *Sect. præced. ſcil. membr.* 9. dixi. [γ] INDUSTRIA ac DILIGENTIA, Sint ergo Judices Militares φιλεργοι ἄνευ ἀνελευθερίας ſive amantes laboris, absque tamen ſordibus, & diligentes ſe præbeant in diminuendis litibus, *l. 21. ff. de reb. cred.* nihil procraſtinent, ἀεὶ ἀμβολίεργος ἀνὴρ ἄταισι παλαίει, ſemper enim dilator operum cum damno luctatur, Diligenti e contra ut non pervium eſt ac perveſtigabile. *Rittershuſ. ad Nov. Proœm. c. 5. n. 22.* (δ) FIDES, quæ in eo conſiſtit, ut ſuſpecti & inimici non ſint *c. 5. de fin. inſtrum.* Nullo odio, levitate nulla ducantur, *c 4. c. 3. q. 7.* Quatuor enim præcipue modis pervertitur humanum judicium, Odio, Timore, Cupiditate & Amore, ut præclare docet *Rittershuſ. in Nov. part. 9. cap. 6. n. 102.* Odio, dum contra quemlibet adverſa molimur; Timore, dum metu poteſtatis alicujus veritatem loqui pertimeſcimus; Cupiditate, dum præmio animum alicujus corrumpimus; Amore, dum amico vel propinquo complacere contendimus. Horum itaque & ſi quæ ſimilia ſunt, ſi vel unum aliquod in Auditoribus tanquam judicibus deprehenditur, merito ut Suſpecti recuſantur. Nam & in Judicio Militari exceptionem Judicis ſuſpecti locum habere, docet Königl. Schwed. Kriegs-Recht *in Corp. Iur. Milit. p. 200. A. 8. Mev. p. 8. d. 92 n. 1.* Nec etiam in Militaribus Caſum pro Amico agnoſcimus, per ea quæ habet *Schnobel. Diſp. ff. 21. th. 6. Dn. Richter. ICtus ſummus & Ordinarius quondam prope Salam meritis Illuſtris, Præceptor venerandus, Deciſ. 1. n. 2.* Quamvis enim plurimi ſint, qui affirmantium caſtra ſequantur, quos inter *Andl. in Medull. Iur. Iuſtin. tit. de Offic. Iud.* Verum poſthabitis illorum fundamentis, quibus forſitan nituntur, lubet pro nunc contrarium defendere, præprimis cum Negativa rationi Juris ac æquitati publicæ magis conveniat.

## Membr. II.

Sint præterea (ε) HONESTI & INTEGRÆ OPINIONIS, Ehrliche unbezüchtigte Leute/ *Lobr. d. l. p. m.* 103. & tales, qui boni & innocentis viri officio fungantur. *l. 4. §. 1. ff. famil. erciſc. l. 137. §. 2. ff. de V. O.* Nam Ehrloſe Leute a Collegiis & Conſeſſu Judiciorum Criminalium arceri & removeri debent, cum iniquum eſſe videatur, ut qui de aliorum delictis judicat, ipſe ob delictum aliquod infamia notatus comperiatur, *Beſold. part. 3. Conſil. 117. n 20.* (ζ) REBUS FORENSIBUS EXERCITATI; Nec enim meretur Judicis nomen, qui legum ignarus eſt, neque cauſarum habet experimentum. Siquidem Judices debent per ſe noſſe, quod juſtum eſt, ne aliunde hoc emendicare neceſſe habeant, tamque neceſſaria eſt Judici Actionum & Rerum agendarum Praxis, ut qui non eſt practicus, ad judicandum plane ſit inhabilis, *Burg. Obſ.* 100. *cent.* 2. Er muß ein Mann von bekandter Dexterität/ guter Experientz und ſchleuniger Expedition ſeyn/ daß er ſowohl in Civilibus als Criminalibus verhören/ anſetzen/ die Partheyen entſcheiden/ auf begebende Fälle zeugen ſummariſch und endlich examiniren/ Confrontationes anſtellen/ Kriegs-Recht halten/ Urtheil/ Decreta und Abſchiede verfaſſen/ ſelbige publicirn und exequirn laſſen/ auch ferner weit alle Actus Juriſdictionales exerciren ſolle und möge. *Lobrin. d. l. p.* 100. Add. illa, quæ *ſect prior. membr. 9.* hac de imperitia fuſius dicta ſunt. (η) VIRI BONÆ CONSCIENTIÆ, indeque ut Judex duplicem debet habere ſalem & Scientiæ, ſine qua inſipidus, & Conſcientiæ ſine qua Diabolicus. *Bald. in l. 2. C. de ſentent. ex peric. recitand.* & poſt eum *Jaſon. in l. rem non novam. 14. C. de Iud. Menoch. 2. arbitr. caſ. 334.* Nemini itaque injuriam facere, & non quid licet, ſed quod decet, ſemper reſpicere, immo ita judicare debent Judices militares, ſicut ſe judicari exoptant a Summo & Supremo omnium Judice. Confer. *Graſ. Maſtrill. de Magiſtratib. lib. 2. cap. 2. num. 92.*

(ϑ) VE-

(ϑ) VERACES, h. e. qui veritatem amant, quæ rerum geſtarum moribus non vitiatur, ideoque ex Ulpiani ſententia id ſequantur, quod convenit ex fide eorum, quæ probabuntur. *l.6.§.1.ff. de Offic. Præſ.* Judici enim in judicando magis cordi eſſe debet cuſtodia veritatis, quam obedientia voluntatis, *c. 3.qu.7.* Cum enim de re aliqua duo plures litigant, non alio fine ad Judicem veniunt, quam ut pronunciet, uter ipſorum juſtiorem cauſam habeant, quod juſte fieri non poteſt, præprimis ſi de ſimplici & plano, ut inter Arma, fiat cognitio, niſi Judex ſit verax, inquit *Guevar. in Horol. Princip. lib. 3.c.6. n.* 474. Quamobrem pro veritate indaganda omnia rimari debet, & rei qualitatem plena inquiſitione diſcere. (ι) OSORES TURPIS LUCRI / acceptione pecuniæ, quæ Juſtitiæ Veritatisque eſt prævaricatio ac Muneribus omnibus modis abſtineant, nec alios, per quos delinquant, circa ſe habeant. *Nov.* 8. *c.8. Nov.* 124. *c.2.* Judices enim tunc per ſortes judicaſſe, & ut Dd. loqui amant, Barratariam commiſiſſe dicuntur, cum aliquid accipiunt, ut ſententiam proferant. *d.l.* 3. *c. ad L. Jul. repet.* Non enim Juſtitiæ opera venalia ſunt, cum æſtimationem Juſtitia non recipiat. *Menoch. de arbitr. Jud.quæſt. lib. 2.caſ.* 342.*n.* 21. & injuſtiſſimum eſt Juſtitiæ, quæ gratuita eſſe debet, mercedem quærere. *Cic. lib. 1. de LL. Burg. Obſ. 1. cent. 4.* [κ] STRENUI & CONSTANTES, **zu einem Schultheißen wird gemeiniglich erkieſet ein tapfferer Mann ꝛc.** *Lobr. d.l.* 104. & tales qui ut JCtus Calliſtratus ait, in cognoſcendo neque excandeſcunt adverſus malos, neque precibus calamitoſorum illachrumentur, terribiles ſint delinquentibus, mites vero, placidis & devotis, *Nov.* 82. *c.* 10. Non eſt Judex, cujus animi motum vultus detegit. *l.19.ff. de Offic. Præſ. Syracid. cap. 4. verſ. 7. & 9. in fin.* Tandem [λ] FORTES & BELLICOSI, non effœminati, qui ſudo & udo cœli apto, ſicque ad multos labores intrepidi inveniantur, qui famem pro condimento, Tabacum

 pro

pro alimento, Humum pro Cubili, Arbuſtum pro Tabernaculo habent, quique ſi neceſſitas cogit, affixi equo dies noctesque traducere, in equo cibum, in equo ſomnum, ad exemplum cujuslibet militaris aut officialis, capere poſſunt *Malcom œſ. ad Weſenb. in ff. tit. de re milit.* Quibus præmiſſis ita ex *Burg. obſ. 100. c. 2.* concludo: Tales tantummodo homines ad Judicia bellica, tanquam Juſtitiæ officinas, requiruntur, qui ſunt Conſcientioſi, Cordati, Prudentes, Veraces, ſi non Juris communis, Articulorum tamen Militarium exacte gnari atque periti, non vero Homines Athei, Callidi, Verſuti, diſſimulandique inſignem peritiam habentes, quales hoc malitioſo ſeculo induſtrii ac Politici nuncupantur. *Ventur. a Valent. in Part. ligitioſ. lib. 2. c. 10. n. 15.*

## *Membr. III.*

De *Subjecto* & *Requiſitis* hæc fuerunt, ſequitur *Conſtitutio* ubi notatum volumus, eam ſecundum, *l. 6. C. ad L. Jul. repet.* ita fieri debere: Ne Ambitione vel Pretio, ſed probatæ Vitæ teſtimonio ad hoc Judicandi Munus promoveantur, & quidem prævia præſtatione Juramenti. Aſſerit hoc *Lobr. d. l. p. 107.* Er (der Schultheiß) wird mit Eydes-Pflichten verbunden/ jedermänniglichen unpartheyiſche gleich durchgehende Juſtitiam zu adminiſtriren/ auch nach denen Göttlichen und beſchriebenen Weltlichen Rechten/ Urthel zu fällen ꝛc. Proinde inter alia requiſita Auditorum eſt & hoc, ut ſint, utpote Judices Criminales, jurati. Licet enim ita comparati ſint, ut nemo dubitet, quin recte ſint pronunciaturi, tamen quia omnes Judices, antequam Judicandi Munus ſubeant, Juramentum de recte judicando præſtare tenentur, *l. 14. C. de Jud. d. l. 6. C. ad L. Jul. repet. Nov. 18. c. 7. & 14. Nov. 69. c. 3.* Ergo etiam & multo magis Judices Rerum Militarium, quippe quorum Officium plurimum circa capitales cauſas occupatum. Ratio rationis, quod is, qui juratus, præſumatur memor Juramenti & Salutis ſuæ, debitam Fidelitatem & Induſtriam

duſtriam in officio adhibere, &, ut Theodoſius & Valentinianus Impp. *in d.l.6.C.ad L.Jul. repetund.* loquuntur: Divini timoris (contemnendo jusjurandum) haud immemor, ut ſaluti propriæ ullum commodum anteponat. Contenta Juramenti ſubminiſtrat *Lobrin. d. l. p. m. 104.* ibi: Er (der Schultheiß) ſchweret dem Herrn treu und hold zu ſeyn/ und darneben das Gerichte treulich/ ohne Argwohn/ und der Partheyen unbillige Gefährde zu beſitzen/ Recht zu halten/ Urthel zu ſprechen/ und dieſelben vollziehen zu laſſen/ wolle kein Parthey vor der andern/ oder der andern zum Nachtheil/ fördern noch hindern: ſondern dem freyen ſchnellen Rechte nach/ einem jeden der es begehret/ unverzüglich/ niemand zu Liebe noch zu Leide/ alle Gefährlichkeit hindangeſetzt/ Recht ergehen laſſen.

# SECTIO IX.

declarat

## MATERIAM CIRCA QUAM, SIVE OBJECTUM AUDITORUM.

### *Membr. I.*

POſtquam Sect. præced. *Cauſam* Auditorum *efficientem*, *Subjectum* & *requiſita* vidimus, OBJECTUM nunc eorum conſiderare, ratio inſtitutæ methodi nobis proponit. *Conſtituunt* autem hoc *omnes Militantium Cauſæ*, non ſolum *Contentioſæ Iurisdictionis*, tam *Civiles*, quam *Criminales*, tam *Seculares* quam *Eccleſiaſticæ*, modo in Judicium militare ſint deductæ, ſiquidem de re in judicium non deducta Judex decernere non poteſt, neque ſuper eo quod Judicio comprehenſum non eſt, Sententiam proferre, *l. 3. C. de edend. Pich. manud. ad Prax. part. 1. præcept. 2. num. 1.* Sed & illæ, quæ ſunt *Iurisdictionis Voluntariæ*, intellige Inſinuationem Contractuum, Pactorum de mutua ſucceſſione (inter milites enim quævis pacta ſucceſſoria valent, & indifferenter permiſſa ſunt, ultimæque Volun-

tatis efficaciam obtinent) *Carpzov. Reſp. l. 15. t. 1. reſp. 5. n. 25.* ac Teſtamentorum, quæ omnia tam Regimenti Sculte-tus, quam Auditor Generalis peragere poteſt, prout conſtat ex Königl. Schwed. Ober-Gerichts-Ordn. *rubr.* Von deß *General-Auditeurs* Amt ꝛc. *in Corp. Jur. Milit. p. 206. §. 3. & Papp. p. m. 327. tit. 3. §. 3.* Wann Teſtamenta, Obligationes Contractus, Verträge und dergleichen auffzurichten / ſollen dieſelbe vor gültig und kräfftig gehalten werden / wann ſie von ihme dem General-Auditeur unterſchrieben ſeyn. Sic & utrique permittitur, ut coram ſemetipſo propriam inſinuare poſ-ſit Donationem. Donationem enim a Magiſtro Militum ſuis Militibus ſe ipſo auctore factam validam eſſe, do-cet, *l. 36. §. fin. C. de Donat.* Et cur non, cum Inſinuatio ſit Actus voluntariæ Jurisdictionis. *arg. l. 27. & 30. C. de Donat. Schneidew. ad §. 2. Inſtit. de Donat. n. 31.* Quales actus etiam coram eo ipſo, quem concernunt expediri poſſe, in jure ex-peditum. *Eckolt. Synopſ. ff. tit. de Donat. §. 14.*

## *Membr. II.*

Ut vero eo melius cognoſci poſſit, qualis cauſa in Judi-cium Militare deducta ſit, an Civilis, an Criminalis, ſcien-dum, quod *Cauſa Criminalis* ea dicatur, *quando principali-ter ex delicto agitur ad commodum publicum*, ſive potius ad pu-blicam vindictam. *Civilis* vero *quando principaliter agitur ad commodum privatum*, ſive talis cauſa deſcendat ex con-tractu, ſive ex delicto. *Robert. Marant. ſpec. aur. part. 4. diſt. 1. num. 2.* Nam & haſce ad Judicium Militare pertinere, & Auditorem non minus de Civilibus, quam Criminalibus co-gnoſcere poſſe, expediti juris eſt, Majus enim cui conceſſum & minus conceſſum videtur, *l. 7. § fin. ff. de Don. l. 15. ff. de Don. cauſ. mort. l. 21. ff. de R. I.* Minus enim ſemper ineſt ei, quod plus eſt, *l. 110. ff. de R. I.* Et cui licet plus, etiam quod minus eſt licebit, *d. l. 21. de R. I. c. 53. eod. tit. n. 6.* ſemperque a majori ad minus validum eſt argumentum, *Everhard. in loc. Top. a maj.*

ad

*ad min. n.* 1. Sicut e contrario, cui denegatur majus, & minus denegatum intelligitur. Ne C. L. rationibus fatigem, addam pondus autoritatis nomotheticæ ex *l. 6. C. de Iuriſd.* ubi Imperator Magiſteriæ poteſtati inter militares viros, vel privatum Actorem & Reum Militarem, etiam Civilium Quæſtionum audiendi concedunt facultatem, præſertim cum idipſum de more litigantium eſſe videatur, *Add. l. 2. C. ubi de ration. Mev. p. 8. dec. 481. Burger. c. 1. obſervat.* 40. Militiæ proinde Dux per Sculterum, Jurisdictionem ſuam exercet tam in Civilibus quam Criminalibus Cauſis. *Carpzov. Dec. 24. num. 13. Brunnem. ad l. 1. C. de Offic. Magiſtr. Milit. & l. 6. C. de Iuriſd. omn. Iud.* Dd. communiter. Vid. omnino hic *Lobr. d. l. p. 89.* ibi: Woraus klärlich erhellet/ daß die Soldaten ſowohl in Civilibus als Criminalibus vor keinem andern Richter ꝛc. *& p. 93.* Was nun andere geringere und Civil-Sachen anlanget/ ſo iſt allbereit vorhin *Tit.* Von Jurisdiction der Obriſten angeführt / daß ſolche neceſſario auch vor Jhnen und denen Regiments-Gerichten ventiliret/ vertragen und decidiret werden müſſen ꝛc. *& p. 87.* Andere geringe Streit-Sachen und Zanckhändel ſollen und müſſen auch vor keinem andern Officirer/ als vor dem Haupt des Regiments/ und vor dem Regiments-Gerichten vertragen werden. Quæ omnia *Articul. Milit. Elect. Sax.* bey der Reſidentz-Veſtungs Garde zu Dreßden/ *art. 26. 32. & 36.* cum aliis confirmant. Aliud quidem obſervat Hollandia, ubi in Civilibus Perſonæ Militantes coram Curia conveniri, tradit *Brunnem. ad d. l. 1. C. de Offic. Mag. Milit. Simon. a Grœneweg. de LL. abrog. ad l. 6. C. de Iuriſd.* quod tamen ut ſpeciale paſſim non admittitur, nec trahi debet in argumentum vel conſequentiam. *Caſtrenſ. conſ. 97. n. 3. in fin. l. 2. Cardinal Tuſch. lit. S. concluſ. 462. n. 12.*

## *Membr. III.*

Ceſſat Auditoris de Civilibus cauſis cognoſcendis officium, ſi militantes pro functionibus, debitisque publi-

cis vel privatis ante aut diſſoluta Militia contractis conveniantur, quo caſu Fori præſcriptione uti prohibentur, per *l. un. C. in quib. cauſ. Milit. fori præſcript.* ſed ut privatis actionibus occupati, Sacramento ſunt ſolvendi, *l. fin. de re Milit.* atque ad Ordinarium Judicem remittendi, *l. 1. §. 6. de re Milit.* ibique conveniendi, *l. un. C. in quib. cauſ. Milit.* **Und haben in** Civilibus **die Soldaten ſich keines** Privilegii **zu getröſten ſondern müſſen vor der Obrigkeit des Orts ſtehen/ wenn ſie** pro functionibus debitisque publicis **vor Gerichte gefordert werden.** Et privilegia, quale eſt, ne armatæ MIlitiæ Milites, niſi in quantum facere poſſunt, eleganter *Th. Herm. ad l. 173. de R. I.* ἀχωύεται ὁ νόμος παῤῥησίαν δοῦναι τῇ χθὲς καὶ πρώην συγκοινωνῷ τοῦ βίου παντὸς ἀπογυμνῶσαι τὸν ἴδιον ἄνδρα, deducto ſcilicet ne egeant, *l. 6. in pr. l. 15. ff. de re jud. Tholoſan. Syntagm. l. 22. cap. 9. num. 6. Dn. Lauterbach. eximiæ ac* [illegible]*matæ eruditionis ICtus Diſp. Inaugural. de Benef. Compet.* conveniantur, aut ex cauſa æris alieni in carceres ducantur. *Covarruv. Lib. 2. var. Reſol. c. 1. n. 4. Weſenb. conſ. 50. n. 20. Menoch. de A. I. Q. lib. 1. qu. 88. Bocer. de Belloc. 16. n. 5. & Bald. in l. 1. §. ult. C. qui bon. ced. poſſ.* ad debita domi vel alibi extra militiam facta non extendenda, ſed de iis, quæ in caſtris contracta, intelligenda, per tradita & deducta *dict. Burg. Cent. 1. Obſerv. 40.* it. *Bocer alleg. loc.* Huc trahimus quæſtionem: An miles tranſiens ſi ad Locum Contractus venerit, ex Contractu antea ibi geſto conveniri poſſit? Contractus nomine aliquem eo loco forum nanciſci, ſi ibi deprehendatur, exploratum eſt, *per l. 19. §. 1. ff. de Iud.* Quod quidem de Jure Civili *d. l. 19.* controverſiam peperit, an non & abſens eo citari poſſit, quod affirmare videtur *Franck. ad ff. h. t. Hahn. ab Weſenb. n. ult.* Jure vero Canonico *per c. 1. §. 1. X. de for. comp.* & moribus, *vid. Socin. ad rubr. de for. Comp. num. 15.* expeditum eſt, prius aſſertum *Dn. Struv. Exerc. IX. th. 42.* add. *Brunnem. ad d.*

*l. 19.*

*l. 19. n. 14.* Suppoſito hoc jure Militem tranſeuntem conveniri non poſſe, autumo ex ratione, quam tradit *Zang. de Except. p. 2. c. 1. n. 125.* quia confeſtim abiturus in loco contractus, licet ibi deprehenſus, conveniri nequit, *Brunnem. alleg. l. n. 14.* Nec contrariatur generalitas *c. 1. §. 1. de for. compet.* Confer. *Umm. ad Proc. D. 4. th. 1.* Patrocinatur militi *l. 2. ff. de in jus voc. n. 13. Hillig. ad Donell. L. 23. c. 2. lit. U. Hahn. ad Weſenb. tit. de in jus voc. n. 5.* Sicut hanc *l. 2.* militibus ad diribitorium proficiſcentibus applicat *Oldendorp. Claſſ. 1. act. 4.* Militiæ namque cauſa publica eſt. Et commodiſſime omnium tuebitur ſe Miles *l. 2. §. 4. ff. de Jud.* Eadem enim, quæ pro Legato, hic pro milite pugnat ratio, nempe neceſſitas publica, *arg. l. 35. §. 7. & 9. l. 36. ff. Ex quib. cauſ. maj* Add. *Zanger. de Except. p 2. c. 1. n. 127.* Quod ſi vero durante hoſpitatione tranſiens Miles aliquod debitum contraxerit, quin conveniri ex eo poſſit, haudquaquam dubito, *arg. l. 25. ff. de Jud.* Aſt hoc limitandum *per l. 26. eod.* modo debitum liquidum & paratiſſimæ executionis ſit, *Carpz. p. 1. conſt 10. d. 11. n. 3.* ne moram profecturo injiciat. *Brunnem. ad l. 26.* Et ſic ſuccurri puto æquitate, *l. 29. ff ex quib. cauſ. maj.* ne cuiquam officium publicum vel damno vel compendio ſit. *Menoch. conſil. 18. num. 60.*

## *Membr. IV.*

Progrediendum nunc ad *cauſas criminales.* Inter alia Militum Privilegia radiat illud, quod ratione delicti perpetrati ſolummodo coram ſuis Ducibus conveniri debeant, adeo ut Magiſtratus loci, ubi e. gr. delictum a milite perpetratum ad inquiſitionem & coercitionem haud admittendus, ſed tota cauſa ad Judicem Militarem, an den Auditeur oder das Kriegs-Recht/ vel Magiſtratum Militiæ remittenda ſit *per l 9. C. de cuſtod. & exhib. reor. l. 1. C. de re militar. l. 1. C. de Offic. Magiſt. Milit. l. 6. c. de juriſd. omn Iud. c. J. A. de re militar. th. 21. n. 14. Burg. cent. 2. Obſ. 40. Cent. 2. Obſ. 26. Cent. 4. Obſ. 74.* Et



non

non minus intereſt Auditorum, Crimina inter Milites punire, quam de Civilibus cognoſcere, liteſque expedire. In hoc mare confluunt variæ non ſolum Militum inſolentiæ, quas expreſſe contra præſtitum Juramentum ſæpiſſime admittunt, dum pauperes ruriculas excruciant, ex eorum domibus omnia rapiunt, & ad mortem usque verberant, donec certam pecuniæ ſummam exſolvant, aut domibus exeant; principales ædium partes, τὰς ἀυθεντικὰς οἰκήσεις die fürnehmſten Gemächer occupant, quas *Nov.* 130. & ad hanc *Rittersbuſ. part.* 14. *c.* 6. *num.* 11. dominis vel inquilinis reſervari vult, immo, præter iſtam ædium occupationem, dominæ, filiabus ac ancillis inſidias ſtruunt, cum ædium ventris quoque poſſeſſionem involant, atque miſeris maritis fruſtra novum opus nunciantibus interdictum uti poſſidetis objiciunt. *Malcomæſ. d.l. ad ff.tit. de R. M.* ſed & atrocia crimina ac vitia committunt, quæ omni bono ordini eclipſin inſinuant. Quorum diviſionem commodiſſimam *l.* 2. *ff. de R. M.* ſuggerit *Arrius Menander inter Papiniani diſcipulos clarus, qui de Re Milit.* 4. *edidit libros* quod ſint aut *Propria*, aut cum cœteris *Communia Boc. de Bollo l.* 1. *c.* 14. *Arniſ.* 2. *Rer. Polit.* 3. *ſect.* 6. *n.* 29. *Brunn. ad Weſ. ff. tit. de re Milit.* Hæc nempe *Communia* C. J. A. dicit ea, quæ in reliquos homines cadunt, welche ſo wol andere als Soldaten verüben können / als nemlich / wenn ſie einen Todtſchlag Nothzucht, Ehbruch / Straſſen-Raub und Mordthat / oder dergleichen begehen ꝛc. *Lobr. d. l. p. m.* 91. *Propria*, quæ Milites ut Milites committunt, wenn ſie nemlich ſündigen bloß als Soldaten und Kriegs-Leute *l.* 2. *ff. de re Milit.* & omne delictum Militis eſt, quod aliter quam diſciplina Militiæ exigit, committitur, *l.* 6. *ff. eod.* vel *ſegnitie*, vel *contumacia*, vel *deſidia*, quorum Catalogum vide apud *Tiber. Decian tract. Crimin. lib.* 7. *c.* 14. *Meier. C. A. tit de re Milit. n.* 15. In propriis juxta *l.* 2. §. 1. *l.* 3. §. 3. *de re Milit.* habet Auditor cognitionem & coercitionem, *Add. l.* 3. *pr. ff. de re Mil. l.* 1. *c. de Offic.*

*Vic.*

*Vic. l. 1. C. de Offic. Magiſtr. milit. l. 6. C. de Juriſd. l. 1. C. de exhib. reis. Communia* ſubdividuntur in *gravia* & *levia*. In his cognitionem Præſes Provinciæ, cœrcitionem Militaris Judex, in *illis* Præſes loci, ubi admiſſa, cognitionem & cœrcitionem habet. *l ult. de accuſ. l. 3. de re milit. l. 2. C. de Privileg. Schol. Meier. th. 264. Svev. de Privil. milit. th. 4. lit. a. num. 8. Pohlm. in Inaugur. Diſſ. de Jur. milit. th. 26. Brunnem. qu. 7. de re milit. Michael de Juriſd. concl. 93 94. Magnif. Dn. Struv. Exerc. IX. th. 59. & Exerc. 50. th. 42.* Id quod ſuis punctis comprobat *B. Dn. Carpzov. p. 4. conſt. 9 d. 11.* dum neutiquam allegatas LL, generaliter accipiendas, ſed potius reſtringendas eſſe dicit ad caſus ſequentes, ſi miles arma vendiderit, excubias deſeruerit, e caſtris emanſerit, aufugerit, & quæ ſunt alia crimina relata a *Tiber. Decian. d. l. n. 15.* Hinc porro ob delictum enorme, Militiam haud concernens, non obſtante alio Privilegio, Milites reos in loco delicti accuſari poſſe, *per text. in l. ult ff. de accuſ. l. 1. C. ubi Senat. vel Clariſſ. l. 2. ff. de re Milit.* evincit, ibique alios Dd. qui ſententiæ huic accedunt, recenſet, quod diſertis quoque comprobat verbis *R. J. de An. 1641. §.* Wir haben uns ꝛc. allwo zu deſto mehrer Haltung guter *Diſciplin. &c.* Vid. *Lobr. p. 92.* Verum enim vero quamvis hactenus dicta de Jure ita ſe habeant, tamen de more & generali Conſuetudine Belli Colonellos ac Capitaneos de omni crimine per armigeros commiſſo cognoſcere, & ad illos recurri ſolere, poſt *Böer. ſcribit Jul. Clar. libr. 5. Sentent. §. fin. qu. 31. n. 24.* Et hiſce Imperii turbis, non obſtante diſtinctione oppoſita, inter militare aut vulgare delictum, remiſſionem a militaribus Officialibus inſtincte paſſim flagitari & plerumque impetrari, vel ipſa monſtrat experientia.

## *Membr. V.*

Si de delicto & crimine perpetrato conſtat, Auditor *inquirere* debet, ut quam primum ſcire poſſit, quis delictum ipſum commiſerit, ubi celeritatem & diligentiam maxime

adhibeat, neceſſe eſſe, ne aut reus ipſa fuga ſibi conſulat, aut Officialium convenientia delictum maneat impunitum. Auditorem enim in Militum Proceſſu delicto ordinario nullo exiſtente accuſatore, ex officio in criminis reos & qualitatem delicti inquiſitorie agere poſſe, liquet generaliter *ex l. 3. ff. de Offic. Præſ.* ibi enim *JCtus Ulpianus*: Congruit bono atque gravi Præſidi curare, ut pacata & quieta Provincia ſit, quam regit, quod non difficile obtinebit, ſi ſollicite agat, ut malis hominibus Provincia careat, eosque conquirat: Nam & ſacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, & prout quisque deliqueri, in eum animadvertere. Speciatim *ex Nov. 128. cap. 21.* ubi Jubemus, inquit, Imper. Juſtin. Omnes Judices tam Militares quam Civiles, per ſe requirere eos, qui latrocinia aut violentias aut rapinas rerum aut fœminarum, aut alia quælibet in provinciis illicita committunt & ſupplicia eis legitima inferre. Idem præcipit Peinl. Hals-Gericht-Ordn. *art. 214. & 215.* ibi: Wo der Beſchuldigte nicht klagen wolte / ſo ſoll dennoch die Obrigkeit den Thäter nichts deſtoweniger von Amtswegen rechtfertigen/ und nach Gelegenheit der Perſon und Uberfahrung ſtraffen laſſen. Add. *Papp. ad Jus Milit. Holl. p. m. 180.* Præprimis cum hodiernis in bellis officialium maxima pars, præcipue Inferioris Ordinis Officiales, Wachtmeiſter/ Corporal und Feldwebel/ ex occultatione delictorum quæſtum facere, eoque unice uniceque laborare ſoleant, ne Superiores ac Capitanei eorum fiant gnari. Quanquam ejusmodi conniventiam & occultationem Sanctiones bellicæ omnibus modis vetent. Sic *de Jur. Milit. Belgic. art. 65.* iſt ein Capitain ſub pœna trimeſtris (milites per menſes non per annos & hebdomadas numerare, patet ex literis Compaſſ. aus den Päſſen) ſuſpenſionis ab officio ſchuldig/ wenn ein Soldat einige Miſſethat begangen/ ihn in die Hände des Generals oder deſſen/ der das Commando zu ſtellen/ welcher ſamt den gegenwärtigen Capi-

tainen/Lieutenanten und Fähnrichen/nach gepflogener Erkundigung das Urtheil über ihn fällen ſoll/ ꝛc. Sic etiam derer Herꝛen Staaten in Frießland Articuls-Brieff expreſſe vult, daß kein Hauptmann einigen Ubelthätern/ die einen Todtſchlag/ Dieberey oder andere dergleichen böſe grobe Stück/ (delictum ut enorme ſit, requiritur, in bello enim illud civile obtinet brocardicum: Minima Prætor non curat, & peccata leviora puniuntur arbitrarie, *Ziegl. ad Jus Militar. Brunſwic. p. m. 536.*) begangen haben/ unter ſeiner Compagnie Unterſchleiff geben ſoll/ damit ſie nicht dem ordentlichen Regiments-Gericht entgehen/ addo, neve maleficia maneant impunita. Pietas enim & diſciplina militaris exigit in delinquentes ſævire *Proſp. Farinac. de delict. & pœn. qu. 17. n. 3.* Si enim uni indulget, ad prolapſionis contagium provocat univerſos, *c. eſt inhibend. X. de cleric.* & impunitas delicti incenſivum & calcar delinquendi. *c. eſt juſta c. 23. q. 4.* Quod diſerte ac plane probat *Burg. Obſ. 5. c. 3.* E contra delictorum punitio iniquitatis præprimis inter milites medicina, *Luc. de Penn. in l. omnes c. de ann. & trib.* & dare pœnas, proximi mali evitatio, *Proſp. Farin. in Pract. crim. q. 17. n. 3.* Confer. *Wilhelm. Ferdin. ab Efferen. in Manual. Politic. lib. 3. punct. 8.* attamen ut viridis obſervantia hoc in paſſu optanda, ita & ipſa pœna nunc quaſi receſſit ab aula, vide, ſodes, *Papp. ad Jus Milit. Belg. p. m. 175.*

## *Membr. VI.*

*Delicta* ſequuntur *Pœnæ.* Cum itaque Diſciplina Militaris converſari nequeat, niſi peſſimi homines ac carcinomata bellica Pœnarum metu vel ad ſaniorem frugem reducantur, vel pro delicti qualitate e medio tollantur, Juſtitiæ diſtributivæ, ejusque Miniſtris Auditoribus incumbit, pœnas delinquentibus infligere, ubi enim ſevera nulla judicia exercentur, bona etiam ingenia corrumpuntur, *Reink. de R.*

*S. & E. l. 2. Cl. 1. c. 8. num. 3* Nam ſecundum Gallorum πολυθρύλλητον:

*Un vice non puny*
*S' accroit à l' infiny.*

Hinc *Plutarchus* atque *Cicer. in Bruto* dixerunt: Rempubl. duabus rebus contineri, Pœnis nimirum & Præmiis. Videſis *Papp. ad Jus Milit. Belg. in Præfat. lit. d.* & *Lobrin. d. l. p.* 83. *Garſ. Maſtrill. de magiſtrat. libr. 3. c. 10. n.* 351. *& ſeq.* Et in Bellis acerbitas ulciſcendi pœnarumque formido plerumque bene atque acute vivendi diſciplina eſt. *Robert. Valtur. libr. 2. cap. 16. in pr. de Re militar.* Im Krieg diſputiret man nicht viel / ſondern es heiſt ſchlecht: Knüpff auff / dieweil die Schärffe und Stränge viel beſſer und heilſamer iſt / dann die Barmhertzigkeit. Daher pflegte Graff Carl von Mansfeld (welchen *Monſ. de la Noue* in ſeinem 14. *Diſcur.* nennet le brave Comte Charles,) zu ſagen: wann er ſelbſt ſein Amt nicht verrichtete / ſo hätte er keine Griffe / daß er nicht ſolte gehencket werden. Junge *Cinuzzi. della diſciplina militare l. 1. cap. 50. p. 154.* Delictorum vero cum varia ſint genera, & unum altero gravius, fœdius & immanius, variæ quoque hinc in Articulis Militaribus conſtitutæ ſunt *Pœnæ*, quæ, veluti paganorum, vel *definitæ* vel *arbitrariæ l. 5. pr. ff. de re milit.* *Illæ* ſunt vel *Capitales*, vel *non capitales*, *Capitales* quibus ultimum ſupplicium, quod mortem interpretamur, *l. 23. ff. de Pœn.* irrogatur; *haſce* luunt contumaces, qui manus intulerunt Centurioni vel Præpoſito. K. M. R. B. *art. 53. ſeqq.* K. M. A. *art. 13. Jus militar. Holland. art. 77. ibique Papp. p. 195.* Dännemärck. K. R. *art. 119.* Heſſiſch. K. R. *art. 30.* Schweitzer. K. R. *art. 19. ſeq. Perez. ad tit. C. de R. M. n. 36.* qui Præpoſitum ſuum hoſtibus circumventum protegere nolunt, vel deſerunt, *Perez. ad C. tit. de R. M. n. 34. & 35. Dn. Ludw. de Feud. p. 372.* wer ſeinen Cornett oder Fähnlein / wenn ein Scharmützel oder Schlacht angehet / nicht beſchützet / oder ſeine Officirer vor

dem Feinde im Stich läſt/ und deſſen Leben ſo viel möglich/ nicht ſalviren und retten hilfft/ der ſoll am Leibe geſtraft werden. Holl. K. R. *art. 49. ibique Papp.* Concordat Dennemärck. K. R. *art. 99.* qui in exploratione emanent, wer auf Kundſchafft ausgeſchickt wird und ausgeblieben qui ſtationis munus relinquunt, ſeu vigilias deſerunt &c. K. M. R. B. *art. 75. & K. M. A. art. 73.* Ob dann einer auf der Wach wäre ꝛc. Holl. K. R. *art. 28.* ibique *Papp. p.* 131. Dennem. K. R. *art. 76. ſeq.* Heſſiſch. K. R. *art. 23.* Schweitzer K. R. *art.* 38. *Beſold. Theſ. Pract. voc.* Schiltwacht. Quorum longam feriem exhibet *Burger. in obſerv. 65. c. 2.* quem vide. *Hæc* nimirum *non Capitales* olim fuerunt *Munerum Interdictio, Militiæ mutatio*, Gradus dejectio, aliquando *Fuſtigatio, d. l.* 3. §. *in bello.* it. *verberatio, l. 14. ff. eod. ad metalla ſuffodienda delegatio, Liv. lib. 5. ex hybernis in campum ejecto, Liv. lib. 6. &* 9. *Sanguinis miſſio*, cum ſolvi ignominiæ cauſa militi vena jubebatur, *Gellius lib. 10. cap. 8. Stare tota die tunicatus, diſcinctus ante prætorium, Sueton. in Auguſt. de Diſcipl. milit. Hodie* frequens eſt *Pœna fuſtiaria*, wenn einem Delinquenten eine gewiſſe Anzahl Baſtonaſten zuerkennet werden. Quæ fuſtium caſtigatio communis Suecorum militum in bello noviſſimo fuit coercitio; Huic conſimilis *Virgis ſubjectio*, durch Spießruthen lauffen/ *Gradus militiæ dejectio*, werden von ihrer Carico abgeſetzt/ und etwan auf Schiltwacht geſtellt/ oder die ein kurtz Gewehr gehabt/ müſſen wieder eine Pique oder Musquete nehmen *Stipendii imminutio*, wenn einem die Gage vergeringert wird. Pertinent huc porro: *Foſſam fodere*, wann ſie müſſen ſchantzen und am Wallen bauen/ *ceſpitem ferre*, Waſen zutragen/ *Stare per totum diem aut certas horas bombardis onuſtus*, wenn einer entweder vor des Commendanten Haus oder auf der Haupt-Wacht muß Musqueten oder Doppelhacken tragen. *Onerari ſellis*, quæ pœna equitibus imponitur, in *deteriorem & oneroſiorem militiam detruſio*, wenn die Reuter abgeſetzt und unter



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205468-p0057-9

das Fußvolck geſtoſſen werden. Et ſi quæ aliæ non capitales ac arbitrariæ pœnæ ſunt, cujus genus quoque eſt, *pedamentis exacuatis ad paludem inſiſtere*, aufn Pfal ſtehen / *equitare acuato lingo*, aufn Eſel reiten / *& inter impedimenta ac ſarcinas in compedibus incedere*, bey der Pagage in Eiſen und Banden zu Fuß marchiren ꝛc. quod pœnæ genus unter der Cavallerie in Obſervantz. vid. *Burg. O. 12. c. 2* Quod ignominioſam miſſionem & exauctoritatem, wenn einer mit Schimpff und einem Schelm ohne Abſchied von dem Regiment oder Compagnie gejaget wird / hic notatum velim, quod Auditor ad executionem ſententiæ talismodi non prius procedat, niſi præſtita *Urpheda* ſeu cautione juratoria, quam captus dare ſolet de non moleſtando incarcerantem, aut vindicando carcerationem, vid. *Viv. deciſ. 505.* ubi. von den U phedsbrechern. Ita *in Judicio Militar. Legionis Imperial. Baruthenſ. M. Octobr. 1676. reſponſum* fuiſſe, *memoravis ejusd. Legionis Auditor Nobil. Dn. Pertſchius* Fautor honoratiſſimus & amicus ἀνυποκρύτως dilectus, cujus tenorem, quia huc maxime facit, adjicere lubuit. Auf angeführte Klage contra H. F. in Puncto furti, darauf geſchehene Verantwortung und geführten Beweiß / wird hiermit erkandt: daß Beklagter wegen ſeines begangen Diebſtals auf vorherige Entſetzung der Charge und geleiſteter Urphede / vom Regiment mit Zerbrechung des Degens ohne Abſchied verjaget werden ſoll. V. R. W.

## *Membr. VII.*

Hæc δευτέρως καὶ ὡς ἐν παραλόγῳ de *Pœnarum Generibus* hic adducere voluimus, nunc de *Inflictione Pœnarum.* Certiſſimum quidem eſt, quod de Jure Communi Judex præprimis ſi lex nimis dura videatur ex variis Perſonarum, Rerum, Locorum & Temporum circumſtantiis & cauſarum Figuris ad Æquitatem confugiat & ex arbitrio pœnas mitiget, quod affirmat *Dan. Moll. lib. 3. Semeſtr. c. 2. Gail. lib. 2. obſerv. 110. n. 41. & ſeqq. Tiraquell. in tract. de pœn. temperand. ut & Proſper. Farinac.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205468-p0058-5

*Farinac. in tract. crim. t. de pœn. paſſim.* Aſt tenax, cum in Bello neceſſaria Diſciplina und das Kriegs-Recht ein ſehr ſcharffes Recht / ( cujus rigor propter facilitatem & frequentiam delictorum, *arg. l. 16. ff. in fin. de pœn.* adeo excreviſſe legitur ) & exactiſſima Articuloum Militarium , ne effrenis & irreverens miles pœnarum vel mitigatione vel condonatione allectus , ad quævis maleficia temere proſiliat, requiretur obſervatio. Non incommode hic quæritur: Utrum Judex Militaris cum ſuis Aſſeſſoribus ſimpliciter κατὰ τὰ γϱάμματα & κατὰ τὰ ἤδη, ſecundum verba Ordinationis Militaris judicare debeat ? Adhibita limitatione reſpondeo & dico : Aut pœna Articulis Militaribus definita aut non ; Si definita & LL. Militares certam certo delicto determinant pœnam, ac delicti circumſtantiæ ſunt eædem, wann in dem Artickuls-Brieff in ausdrücklichen Worten geſchrieben ſtehet / man ſolle die Miſſethat mit dem Todte oder am Leben straffen oder da befohlen wird / man ſoll den Ubelthäter hencken / oder andere dergleichen Worte ſtehen / da eine Leib- und Lebens-Straffe ausdrücklich genennet wird / præciſe eandem Judex Militaris ſequi tenetur, und kan weder der Auditeur noch die Aſſeſſores Judicii militaris, ja auch nicht der Obriſte ſelber / die in dem Artickuls-Brieffe des Kriegführenden höheſte Haupt exprimirte Straffe ändern / wann ſi ihren Pflichten nachkommen wollen. *vid. Papp. ad jus milit. Belg. ad art. 3. p. 89.* Et recte, LL. enim rigoroſitas non à Judice, ſed Principe eſt mollienda. *Reinking. de R. S. & E. lib. 2. Cl. 2. cap. 12. n. 39. Weſſenb. ad l. 8. C. in fin. de Jud.* Juſtæ vero quando adſunt cauſæ, quæ mitigationem ſuadent, alsdenn können ſie mit Vorwiſſen und Bewilligung des Generals oder der hohen Obrigkeit / welchen ein Auditeur deshalben ausführliche Relation abzuſtatten gehalten iſt / die Straffe mitigiren und lindern. *Georg Simon Marſtaller. Auditor Generalis Cæſareus in præfat.* über Röm. Kayſerl. Maj. Leopold. Artickuls-Brieffe *de Anno 1674.* Poſteriori caſu, wenn keine



Straf-

Straffe am Leben in den K. A. ausdrücklich ſtehet/ tunc in his, utpote pœnis arbitrariis pro modo & gravitate admiſſi delicti cum Aſſeſſoribus Auditor vel hanc vel aliam determinabit pœnam, da können ſie nach Befindung der Beſchaffenheit der That/ wie ſie es rathſam befinden/ motu proprio ἐξ οἰκείας φύσεως κινηθεὶς ſetzen/ und dürffen Niemand darumb fragen. Hic virum ſe præſtet Auditor neceſſe eſt. Dann weil die beyſitzenden Officirer nicht allezeit das Werck verſtehen/ muß Er das Beſte thun/ und facti circumſtantias wohl zu ponderiren wiſſen/ damit der modus weder in ſeveritate noch lenitate nicht überſchritten werde/ und hat Er daher bey den Kayſerlichen ein freyes Votum, um ſo vielmehr Gelegenheit und Freyheit zu haben/ ſein Judicium ſeinen Beyſitzern deſto baß vorzuſtellen/ dann es fallen öffters in facto circumſtantien ein/ quæ non omnino ſimiles ſunt illis, de quibus Lex loquitur, und ſolches können diejenigen Officirer/ qui Jura ignorant, vor ſich nicht alſobald penetriren/ darum nun gehöret zu einem rechtſchaffenen Auditeur (ut ſupra diximus,) gute Wiſſenſchafft der Rechte/ und wird dabey ein hurtiges Judicium erfordert/ daß er ſich bald in eine Sache finden/ derſelben Umſtände gründlich erwegen/ und Jus ad factum recht appliciren könne/ daß Er nicht Theſin evertire/ und contra Jus Conſtitutionis pronuncire/ daß Er ſich auch nicht in hypotheſi verſtoſſe/ Theſin übel applicire/ und contra jus partis urtheile/ darum muß das factum mit allen circumſtantiis treulich examiniret/ und nicht bloß verba captiret werden. Wann dieſes rechtlicher Art nach geſchicht/ ſo kan zu ſweilen von den Worten eines Articuli ohne Verletzung des Articulsbrieffs menti Legislatoris nachgegangen/ und Lex benignius interpretiret werden/ *per ea quæ tradit Lobr. tit* von des Regiments-Schultheißen Amt.

## *Membr. VIII.*

Examinatis cauſis *Civilibus* & *Criminalibus*, pauca propter βραχυτηλοφυλίαν nunc de *Cauſis Eccleſiaſticis*, quas ad Judicium Militare pertinere, ſub initium Sect. hujus demonſtra-

ſtravimus, proponenda. Quantumvis enim Negotia Eccleſiaſtica, quarum enumerationem proponit *Carpz. Conſiſt. l.3.t.1.d.2.n.14.* tractanda non ſint in Judiciis Secularibus, ne Jurisdictiones diſtincte confudantur, id quod non ſemel in jure prohibitum, *l.4.C. de Jurisdict. ubi gloſſ. in verb. auxilium. Carpzov. Conſiſt.l.3.t.1.d.1.n.14.* ſed à Perſonis Eccleſiaſticis ventilanda, *Carpzov. d. l.* attamen in Judicio Militari Judices Militares harum cognitionem inter eos, qui Auguſtanæ Confeſſioni & Reformatæ Religioni addicti, habere, explorati Juris eſt. Et hoc diſertis comprobat verbis, Königl. Schwed. Kriegs-Articuls-Brieff *in Corp. Jur. Milit. pag. 152. & ſeq. 153.* ibi: Und damit nun alle Capital-Sachen nicht weniger im Feld/ als ſonſten ordentlicher Weiſe erkandt und darüber geurtheilet werden möge ꝛc. Et paulo poſt: Immaſſen wir ihnen dann auch alle Capital-Sachen zu tractiren/ zu ſchlieſſen und dieſelbe nach Göttlichen Rechten und Chriſtlicher Evangeliſcher Ordnungen zu verabſchieden/ Krafft dieſer Plenipotentz und Vollmacht gegeben und aufgetragen haben wollen/ mit dieſem Anhang und Befehl/ daß alles das jenige/ was ſie derdeſtalt verabhandeln und erkennen werden/ vor kräfftig und ſo gültig/ als wen es in Ordinario Conſiſt. beſchehen wäre/ gehalten werden ſolle.

## *Membr. IX.*

Denique, licet Miles wegen ſeiner Unerfahrenheit in Rechten nicht verbunden iſt/ die Staffeln in acht zu nehmen/ bey wem zum erſten er die Klage anſtrengen wollen: ſondern mag ſicher ſo wohl in unter und mitteln Richter/ als die ober-commendirenden Officierer ꝛc. verbeygehen/ und die Sache gleich an den Herꝛn gelangen laſſen. *Ziegler. ad Jus Milit. Brunſwic. art LXX. p. m. 490.* tamen Auditores Generales non poſſunt nec debent in Auditorum Regiminum, nec hi in Auditorum Generalium ſe intromittere Jurisdictionem, ratio, ne Jurisdictionum oriatur confuſio, *arg. d. l. 14. C. de Jurisd. & ad hanc*

 *Gloſſ.*

*Gloſſ. Natt. Conſ.* 271. *num* 1. *& ſequ. Klock. tom.* 3. *Conſ.* 181. *n.* 74. Quædam enim cauſæ ad Judicium Militare inferius, *quas vid. ap. Lobrin. d. l. p.* 110. §. von des Regiments-Gericht ꝛc. Quædam ad Superius tantum pertinent, has recenſet die Königl. Schwed. Ober-Gerichts-Ordnung §. Sonſten aber ꝛc. 8. *in Corp. Jur. Milit. p.* 200. ſed de his hactenus.

# SECTIO X.

explicat

## OFFICIUM AUDITORIS

### *Membr. I.*

EGimus hactenus de *Objecto*, nunc ad *Auditoris Officium*, cujus delineandi gratia Diſſertationem hanc inſtituimus, deſcendere conveniens eſt, idque in *duobus* potiſſimum conſiſtere dicimus: (1.) *Incognoſcenda & examinanda cauſa.* (2.) *In definienda ea, ſeu concipienda ſententia*, facit huc *l.* 74. *ff. de Judic. In cognoſcenda & pertractanda cauſa*, præcipua ſunt, ut Auditor [α] *non de aliis judicet, quam quæ habet perſpecta & cognita.* Ohne vorhergehende Erkundigung und Nachfrage ſoll man über keine Ubelthat ein Urtheil fällen. Hoc ſtricte obſervandum eſſe docet *jus milit. Belg. art.* 65. Nam horum ſolum eſt bonus Judex, ut in genere loquitur *Ariſtotel.* 11. *Eth.* 3. Et ſi jus reddendum omnia ante Factum examinare debet Judex, ex quo ſc. ſit genere rerum. Cognito enim Facto, in quo genere verſetur, tunc demum Jus in genere poſitum congrue poteſt applicari, das Factum muß mit allen Circumſtantien treulich examiniret und nicht bloß verba captiret werden / *Georg. Simon Marſtaller. d. Præf.* Cum itaque ante omnia Factum cognoſcendum, hujusque cognitio in arbitrio Judicis ſit poſita, commode Cognitionem, vel Examen Cauſæ ſive Facti ſecundum vulgarem Verſiculum Auditor inſtituere poteſt:

*Quis, quid, ubi quibus, auxiliis, cur, quomodo, quando.* Nam multum immo totum in eo ſitum eſt: QUIS fecerit (1.) *Minorennis, an Majorennis?* Occaſionaliter hic controvertitur; An miles homicida minorennis, h. e. qui nondum annos XXV. implevit, vitam amittat? ℞. Maxime: cum enim Milites adhuc minorennes gigni & capaces ſint, ut militiam ſequi, & quid acquirunt adminiſtrare poſſint, quæſtio hæc omni dubio caret. Quo & inclinat *Petr. Caball. Reſolut. Criminal. lib. 1. caſ. 134. circa fin.* (2.) *Tyro an Veteranus?* Tyrones enim ſæpe, utpote diſciplinam adhuc ignorantes, quo prudentiores aliquando effecti, Rempublicam, à qua aluntur, diligentius tueantur, *Perez. ad t. C. de tyron. num. 8. in fin. Malcomæſ. ad Weſenb. tit. de R. M. l. 4. §. 15.* mitius puniuntur. *l. 3. ff. de R. M.* (3.) *Mas, an Fœmina?* ſiquidem judex non plus crudelitatis debet habere, quam ſi Leo eſſet, qui, ubi ſævit, in viros plus fremit, quam in Fœminas. *Raud. de Analog. libe. 1. c. 33. n. 118.* & mitius ſæpius puninutur Fœminæ, quam Mares. *Anton. Gomez. de Delict. c. 3. Rubr. de homicid. n. 42. Petr. à Placb. in epit. delict. c. 15. n. 24. & Proſper. Farinac. qu. 97. tit. de pœn. temp. n. 151.* quod tamen ſaltem in caſibus jure expoſitis procedit. *l. ult. C. de jur. & facti ignorant. Tiraquell. de pœn. temp. c. 9. n. 5. Carpz. p. 4. c. 3. d. 6. n. 10.* & *Pract. Crim. p. 1. q. 12. n. 16.* (4.) *Officiales an communes Milites?* an Miles in dignitate conſtitutus, an vilioris conditionis? Levius enim qui multum profuit Reipubl. propter collatam operam, quam alius punitur, *Clar. 5. Sertent. qu. 60. n. 25.* Contra gravius animadvertitur in eum, qui in majori dignitate conſtitutus eſt, quam qui in minori, quia ille exemplo ſuo potuit nocere alliis. *l. 2. §. 1. ff. de R. M.* videſis *Cœpoll. Conſil. 39. n. 17.* Et ſicuti ſæpe ob honoris excellentiam à regulis Juris recedimus, *l. 5. §. 6. ff. de R. M.* ita haud raro delinquentes in dignitate aliqua conſtituti graviori plectuntur pœna, *Carpz. Pr. Crim. p. 1. q. 14. n. 13.* QUID? an delictum militare proprium,

prium, an commune, majus vel minus, primum vel continuatum, hoc enim, gravius punitur; *Chaſſan. in Conſuet. Burg. Rubr.* 1. §. 5. *p. m.* 45. οὐκ ἔστι ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτάνειν & Geminatum delictum venia caret. *l.* 28. §. 3. *ff. de pœn.* Iteratio enim auget pœnam, *l.* 1. *ff. de Jur. Patronat.* & qui iterum deliquit poſt veniam impetratam, conſuetudinem quandam peccandi habere dicitur. *l.* 3. *C. de Epiſc. aud.* Prout hæc pluribus exornat *Burg. Obſ. ult. c.* 3. UBI, in loco ſacro an profano? publico an privato &c. Pœnæ enim atrocitaten auget locus delicti. *Carpz. p.* 4. *c.* 13. *d.* 9. *n.* 7, *it. p.* 4. *c.* 5. *def.* 5. *n.* 6. Sic locus facit, ut idem furtum vel Sacrilegium ſit, & capite luendum vel minori ſupplico, *l.* 16. §. 4. *ff. de Pœn.* & Miles qui furatur ἱερὰ ἀναθήματα, κοσμήματα ornamenta & ἱερὰν σκευὴν ſacra vaſa, acrius punitur alio. Sæpius quoque Locus propter pervicaciam delinquentis pœnam exaſperat. *Papp. ad Jus Milit. Belg. p. m.* 35. *Dn. Thabor. Armament. Juſtin. p.* 153. *& ſeqq.* QUIBUS AUXILIIS; *an ſolus, an cum aliis?* Hinc plures quando occidunt, anxie diſputant Dd. quæ pœna tunc locum habeat, quod *Dn. Harpr. in Inſtit. de Publ. Jud. decidit, formanda V. vulgares regulas, quas* vid. conf. *Papp. d. l. p.* 27. In Militia noſtra uſu ſervatur, ut ſi plures deliquerint multitudinis miſeratione Sors vel alea adhibeatur, quæ unum ex pluribus reum facit, reliquis vel levius punitis. Sie müſſen mit würffeln ſpielen / welcher die wenigſte oder geriegſte Augen wirfft / der muß hangen / die andern werden perdoniret / oder müſſen nach Beſchaffenheit des Verbrechens / durch die Spießruthen lauffen / oder auf den Eſel reuten ꝛc. Quod tamen ſalva Juſtitiæ regula non aliter recte fieri poteſt, niſi omnes, qui ſorti committuntur, æquales plane in reatu ſint, uteſtatur *Burger Obſ.* 22. *c.* 4. CUR? QUOMODO? QUANDO? Sic reus homicidii querendus Primum, an ex *propoſito*, *Sineſius* enim *ſcribit Epiſt.* 44. quod capite plectantur οὐ πράξαντας ἀλλὰ βουλεύσαντας τὸν φόνον, non qui ſimpliciter homicidium

dium fecerunt, ſed eos qui ex propoſito. Ubi enim non adeſt dolus, ibi non imponi poteſt pœna delicti ordinaria, *l. 1. §. 3. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 5. §. fin. de Pœn. Clar. in Pract. Crimin. §. fin. quæſt. 84. n. 1.* Add. *Papp. d. l. ad art. 3. p. m. 12. 13.* Si quis armata manu aggreſſus defendendo corpus ſuum, **das** prævenire **zu ſpielen /** Aggreſſorem occidit, impune hoc facit. Quod enim quis ob tutelam corporis facit, jure feciſſe dicitur. *Reinking. de R. S. & E. l. 1. cl. 5. cap. 2. n. 32.* οὐδὲν ἢ τοῦ ἀλέξασαι δικαιότερον *Xenophon. libr. 1. Cyropæd.* inquit, & nihil juſtius quam vim vi repellere, aſſerente *Papp. d. l. p. m. 29.* An *caſu* commiſerint. Sciendum namque in omnibus Criminibus, Caſus pœnæ temperamentum addere, *l. 5. §. ult. ad L. Cornel. de Sicar.* ut colligi poteſt ex iis, quæ tradit *Papp. d. l. ad art. 3. p. m. 38. & Burg. Obſ. 80. c. 3. Ebrietas* quatenus delinquentem aggravet vel pœnam mitiget, conſule *Reinking. de R. S. & E. l. 2. cl. 1. cap. 7. n. 33. & ſeq. Malcomeſ. ad Weſenb. tit. de R. M.* inprimis *Papp. de l. p. 41. it. p. 184. & Burg. Obſerv. 79. cent. 1.* Et ſic ſimiliter omnibus probe examinatis non poteſt non Auditori de facto ejusque circumſtantiis conſtare.

## *Membr. II.*

Cognita & perſpecta cauſa neceſſe eſt, ut [β] *legitime pertractetur*, & hic Auditori obſervandum, ut modum ac ordinem procedendi in Legibus Militaribus præſcriptum ac uſu receptum debito, quo par eſt, ſtudio ac induſtria obſervet. Ordine ſiquidem omnia reguntur. *Waremund. ab Ehrenberg. lib. 1. d. fœd. c. 1. n. 140.* Sic enim *Lobr. d. l.* loquitur, **wie die** Auditeurn / quid ſit Juris & facti, **und** conſequenter **ihre** Aſſeſſores **auch in denen Ihnen unbekandten** Caſibus Juris informiren / **und zu rechtmäſſigen billigen** votationen **anweiſſen / alſo müſſen ſie auch** formam Proceſſus **zu** dirigiren **und zubeobachten wiſſen / damit aus deren** ignorantz **bey denen Kriegs-Gerichten keine** Nullitäten **einſchleichen / noch der Schuldige** abſolviret / **weniger der Unſchuldige** condemniret **werde.** Concordat

*Hoyer.*

*Hoyer. in Comment. ad jus milit. Brandenb. art.* 84. Circa hu nc Ordinem in genere notet Auditor [ 1. ] Negotia militaria, ut in Foro Militari cognitionaliter, ſive ut *Imperator in Novell.* 82. vocat ἐν σχήματι παρασημειώσεως h. e. *ſummarie*, ſimpliciter & de plano, ſola facti veritate inſpecto, ventilentur. *Mev. part.* 1. *deciſ.* 150. *n.* 5. Sicut enim in multis Juris Articulis privilegiati ſunt Milites, ſic ne iis, ſi quid in Proceſſualibus omittatur, quod ex ſubtilitate Juris ortum habet, nocere debet, *id. Mev. p.* 8. *d.* 92. Militaribus enim ingeniis, ut cum *Tac. in vita Jul. Agric.* loquar, ſubtilitas deeſt, & Juriſdictionem Caſtrenſem ſecuram & obtuſiorem, non Fori calliditatem, exercent. *Malcomœſ. ad Weſenb. tit. de T. R. M. l.* 4. §. 13. Quæ omnia tamen non tam crude intelligenda, ac ſi Proceſſus Militaris Summarius adeo ſit tumultuarius, ut in tractatione Cauſarum nil obſervari debeat. Minime gentium. Nec enim Subſtantialia Proceſſus à Jure Naturali & Gent. introducta omitti poſſunt. *Zanger. d. Except.* 1. *c.* 2. *n.* 9. *Mev. p.* 8. *d.* 92. *n.* 5. Qualia ſunt: Citatio, *l.* 47. *ff. de re jud.* Cauſæ Cognitio, quæ inſtitui nequit, niſi utraque parte præſente & audita, qualis qualis Petitio, & Facti Narratio; neque omnis Reſponſio prætermitti debet, habetur enim in cauſis ſummariis pro L. C. adverſæ partis Contradictio, *Felin. in c. inſinuante in fin. de Offic. & poteſt. Jud. deleg.* Nec Auditor ita litem abbreviaae poteſt, ut Probationes neceſſariæ, & Defenſiones legitimæ omittantur; Sic etiam Teſtes ſub Juramento examinare debet, *l.* 8. *de Teſtament.* quia nec Papa diſpenſare poteſt, ut in ferendo teſtimonio Juramentum teſtibus remittatur, litigantibus diſſentientibus. *Felin. in. c. Conſtitutus. n.* 16. *de Reſcript. Zanger. d. c.* 2. Nec omnes denique Dilationes, licet alias in proceſſu ſummario difficulter dentur, *Eckolt. Synopſ. ff. tit. de Feriis.* §. 12. Terminorum Aſſignationes atque Exceptiones omitti poſſe puto, Judicis enim arbitrio hoc in paſſu dilationes & terminos dari & aſſignari, teſtatur *Menocb. de A. J. Q. libr.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 52.

*Membr. III.*

## *Membr. III.*

[2.] Deinde ſicut quælibet Civitas, quilibet Pagus certum & ſpeciale Jus, ac ſpecialia Statuta habet; ita etiam Milites Legibus gaudent Militaribus, adeoque apud illos particulare Jus obtinet, ubi Auditori hoc Maxime & ante omnia obſervandum, ut ſecundum illud judicet, ac exploratis ſingulis Facti obvenientis circumſtantiis legitime ac prudenter applicet, *arg. l. 1. §. 1. de J. & J. verb. diſcernentes, ſeparantes.* vid. *l. 2. §. 13. de O. J.* non duntaxat quia omnes judices per *Nov. 126. c. 1.* νόμοις ἐγνωσμένην διδόναι ψῆφον, Legibus cognitam Sententiam edere jubentur, ſed etiam, quia Juramento ad hoc ſe adſtrinxere, jurant enim: Daß ſie wollen alle vorfallende Gerichts-Sachen ꝛc. nach den Göttlichen / auch unſerer Reichs-Conſtitutionen / Satzungen / Ordnungen und löbl. Rechten / inſonderheit denen Kriegs-Articuln und denen öffentlich beſchehenen Geboten und Verboten gemäß / recht richten und urtheilen / ꝛc. Königl. Schwed. Ober-Gerichts-Ordn. *tit. 1. §. 2.* Quamvis etiam Articuli & Leges nimis duræ videantur. Audiamus hic *Papp. d. l. ad art.* 3. & cum rem ipſam ibi ſollicite exprimat, ipſiſſima ejus verba: So aber die Richter ihnen einbilden mögten / es wären etliche Straffen in dem Articulsbrieff allzuſcharff / und ſchwerer denn die Miſſethat ſelbſt / will ich ſie gebeten haben / daß Sie bedencken / dieſelbe Straffe / ob ſie ſchon ſcheinen ſtrengen und härter zuſeyn / dann ſich gebühret / ſeyen von denen Herren General-Staaten nicht vergeblich und unbedachtſamer Weiſe / ſondern aus wichtigen Urſachen und mit reiffem Rath alſo geſetzet worden; Inquiant cum Ulpiano in *l. 12. §. 1. ubi omnino Gothofred. vide ff. qui & à quibus manumiſſ.* Quod quidem per quam durum ſit: ſed ita Legem ſcriptam eſſe, ad quem locum nervoſe *Bodin. libr. 6. de Republ. c. 6. fol. 754.* Durum dixit, non Iniquum: neque enim ſubdito, legem iniquitatis perſtringere fas eſt. Hinc porro Judicibus, inquit, juratis in Leges ab iis, quantumvis iniquæ videantur, diſcedere non licet. Item

 cum

cum *Bald. in l. 20. de LL. prout a Damboud. in Pract. Crim. cap. 153. n. 55. allegatur*, ſufficit, ſic fuiſſe ſtatutum. Etenim ut Imp. *Nov. 82. c. 10.* dicit, Judex non debet videri clementior lege, quæ hoc vel illud diſponit. Immò *Symmach. ſcribit lib. 10. epiſt. 63.* quod corruptæ eſſe videatur ſententiæ, ſi ſint legibus mitiores. Vid. *Scip. Gentil. l. 3. de Juriſd. c. 35.* & *Gothofr. in l. 1. §. 4. C. ad SCtum Turpill.* ubi ait: Judicis non eſt ſtatuere, ſed ſtatutam LL. pœnam facto accommodare. Sed manum de Tabula! In caſibus, *ubi deficiunt Articuli militares*, ut modo dictum, primum Auditori *ad Ordinationes ſpeciales, Ordonencen. Reglements, Edicta, Reſcripta, &c.* recurrendum, quæ non minus quam Articuli obſervanda. *Ziegler. ad Jus Milit. Brunſvvic. ad art. 12. p. m. 132.* ibi: Daß Sie auch allen Befehlen / ſo durch Trompetenſchall und Trummelſchlag verkündiget werden / nachzuleben ſollen gehalten ſeyn / ꝛc. Deß Heil. Röm. Reichs Reuter-Beſtall. *art. 56.* Brandenb. K. R. *art. 17. Feud. III.* A. B. *art. 1.* poſt ad alia Principum Jura Militaria, Carol. V. Ordin. Crimin. tandemque ad Jus Commune Cæſareum, ex quo LL. Militares interpretationem accipiunt, *Gerb. Feldmann. Reſponſ. milit. 1. n. 96. & Reſp. 4. n. 22.* Quod confirmat *Ziegler ad Jus Milit. Brunſvvic. ad art. 94.* Solte aber irgend ein Verbrechen nicht ſpecificiret ſeyn / ſo wird ſolches geſtrafft nach Inhalt anderer Chriſtlichen Potentaten Kriegs- und andern Rechten / wie auch nach dem gemeinen in Corpore Juris gefaſſeten Recht ꝛc. So werden auch dißfals ſonderlich beobachtet die R. A. Röm. Reichs Reuter-Beſtall. *Maximil. II.* A. B. *Ferd. III.* A. B. *Leopold. I.* A. B. *cum aliis.*

## *Membr. IV.*

Diximus hactenus de iis, quæ in Judicio Militum privilegiato Auditori *in genere* obſervanda, reliquum nunc eſt, ut etiam ſpecialiora conſideremus. Eſt autem

- Judicium militare, vel
  - Criminale, aliudque in cauſis
    - Capitalibus
      - Ordinarium vulgo **Maleſitz-Recht.**
      - Extraordinarium, vel
        - Statarium **Stand-R.**
        - Haſtatum **Spieß-R.**
